



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



E. P. FABER

I

100

101

102

103

104

105

106

107

108

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS
ET CONCILII FLORENTINI (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

SECUNDA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DECENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACHÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESES USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ CURSU CONSTANTEM SIMILIS, PRETII EXIQUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIG SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXAHATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIIONEM INTEGROAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 325 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXVIII.

IOSEPHUS INDICOPLEUSTES, S. JOANNES CLIMACUS, CONSTANTINUS DIACONUS CP., AGATHIAS MYRINÆUS, S. DOROTHEUS ARCHIMANDRITA, GREGORIUS ANTIOCHENUS EPISCOPUS, JOANNES JEJUNATOR, PATRIARCHA CP.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'ANBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1864
H5J
81

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 27 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une revision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on clique. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle revision, et le tirage n'arrive qu'après ces innumérables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec, comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. de Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions guère trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très positifs et très pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 10 centimes par chaque faute véritable qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la revision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux revisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Sabat-Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez*; et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, ou s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Éditeurs se préparent, sous notre patronage et notre direction, au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale de tous les conciles et à une *Histoire universelle*, etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites et qui se feront encore.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VI. ANNI 535-593.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

ΤΟΥ ΕΓΚΟΥΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΡΟΥΣ ΣΙΝΑ.

ΑΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS SCHOLASTICI,

VULGO

CLIMACI,

ABBATIS MONTIS SINA,

OPERA OMNIA,

INTERPRETE MATTHÆO RADERO. S. F. PRESBYTERO. QUI ET ISAGOGEN AD SCALAM PARADISI SCRIPSIT;
ACCEDUNT

COSMÆ INDICOPLUSTÆ,

necnon

CONSTANTINI DIACONI CP., AGATHIÆ MYRINÆI, S. DOROTHEI ARCHIMANDRITE, GREGORII
ANTIOCHENI EPISCOPI, JOANNIS JEJUNATORIS, PATRIARCHÆ CP.

SCRIPTA QUÆ EXSTANT :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ, CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 20 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VI. ANNI 535-593.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXXVIII CONTINENTUR.

COSMAS INDICOPLEUSTES.		
Topographia Christiana, sive Christianorum opinio de mundo.	<i>col.</i>	51
CONSTANTINUS, DIACONUS CP.		
Laudatio omnium martyrum.		477
Disputatio cum Photino Manichæo.		479
S. JOANNES CLIMACUS.		
Scala Paradisi.		631
Liber ad Pastorem.		1166
AGATHIAS MYRINÆUS.		
Historiarum libri quinque.		1268
S. DOROTHEUS, ARCHIMANDRITA.		
Expositione et Doctrinæ diversæ.		1614
Epistolæ.		1838
GREGORIUS, ANTIOCHENUS EPISCOPUS.		
Oratio in mulieres unguentiferas.		1847
De Baptismo Christi sermones duo.		1863
Concio ad exercitum.		1883
JOANNES JEJUNATOR, PATRIARCHA CP.		
Pœnitentiale.		1889
Sermones de Pœnitentia et Confessione.		1919

COSMAS INDICOPLEUSTES

NOTITIA.

(Andr. Galland. *Veterum Patrum Biblioth.* t. XI, Proleg., p. xviii.)

I. Cosmas Ægyptius, et quidem Alexandrinus, ut ipsemet satis innuere videtur (a), ab Indica navigatione Ἰνδικοπλευστής; dictus (b), mercaturam primum exercuit (c), monasticum deinde institutum amplexus, ut ex ejus *Topographiæ Christianæ* inscriptione, prout eam referunt varii codices manu exarati, liquido constat. De proprio auctoris nomine dubitasse videtur Isaacus Vossius (d). Quin et suspicatur Fabricius (e) scriptorem hunc ea de causa fuisse *Cosmam* appellatum, quod Κόσμου descriptionem elucubravit, perinde ac Joannes abbas Sinaita *Climacus* dictus propterea fuit, quod librum ediderit Κλίμαξ inscriptum : ingeniosa quidem, sed minus firma conjectura, Cavei (f) aliorumque judicio. Temporis autem notationem quo claruit Cosmas, ex ipso auctore deducere in promptu est. Dum enim sui operis librum in litteris consignaret, prodit ille (g) tum effluxisse annos plus minus xxv ab Elebaani Axomitarum regis expeditione in Homeritas : quæ quidem expeditio, ut docet Pagius (h), in annum incidit 522, Justiniani autem imperatoris v. Jam vero si hujusmodi annorum notationem quo addas supra dictos xxv, annus exsurget 547, Justiniani xxi, quo proinde imperante auctor floruisse atque ista scripsisse intelligitur. At enim liber x, prope finem de Timotheo Alexandriae antistite, quem ad Æluri discrimen juniorem appellat, verba faciens, eum NUPER obiisse tradit, quem anno 535 decessisse novimus. Quin et idem Cosmas quo tempore librum suæ *Topographiæ* xi absolvet, Theodosii hæretici patriarchæ Alexandrini meminit, qui anno 536 exsulavit, quod concilio Chalcedonensi subscribere detrectavit. Hæc tamen de temporum ratione ab eodem auctore tradita, si recte inspiciantur, nullatenus ἀσύστατα esse cum cl. Montfauconio agnoscimus. « Sane putaverim, inquit vir ille doctus (i), Cosmam qui diuturnum tempus in his elucubrandis insumpsit, et obnitentibus contrariæ sententiæ viris, hæc sæpius retractavit et auxit, postremam anni 535 notam tum posuisse, cum primum his operam daret : deinde vero, cum subsequenti tempore multisque elapsis annis pristina repeteret et pro solito reformaret, priorem notam vel posuisse, vel jam positam ad annum quo hæc ageret reduxisse. »

II. Complura scripsisse auctorem nostrum, ex ipso comperimus : nimirum primo (j) *Cosmographiam, ubi universa terra latius descripta est*; præterea (k) Tabulas astronomicas, in quibus *astrorum motus ad exemplum organicæ exterorum sphaeræ* pro systematis sui ratione delineavit, easque Homologo diacono inscripsit; deinde commentarium in *Canticum canticorum* (l), quem Theophilus ejus amicus ab eo expetierat. Ad hæc Expositionem Cosmæ Indicopleustæ in loca Psalmorum difficiliora ex ms. codice Colbertino 1476 memorat Cangius in *Glossario Græco* (m); neque aliter codex II inter Græcos bibliothecæ Regiæ Taurinensis (n). Et Montfauconius quidem bibliothecæ Coislinianæ codicem CLXXXVII evolvens, in quo Psalterium initio mutilum continetur, inter auctores commentariorum in idem Psalterium Cosmam quoque nostrum recenset (o). Quin, ut observatum Colomesio in Paralipomenis de scriptoribus ecclesiasticis (p), ejusdem Psalmorum Expositionis Indicopleustæ fragmentum exstat in Catena Corderiana ad Psalmum xvi, 14. Ex eo porro uno commate auctoris nostri forte detecto, eidem propterea esse ascribendam Catenam illam Corderianam secure argui posse putarunt modo laudatæ bibliothecæ Taurinensis editores clarissimi. Quod equidem haud facile concesserim. Ut quid enim in eam Catenam locum illum suum immiserit

(a) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. II, pag. 124.

(b) Id. *ibid.* pag. 132, et lib. III, pag. 173.

(c) Id. *ibid.* lib. II, pag. 132 et alibi.

(d) Voss. *Observ. ad Pompon. Met.* lib. III, cap. 7, pag. 275, 276, edit. I.

(e) Fabric. *Bibl. Gr.* t. II, p. 612. [nov. ed. IV, 251.]

(f) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 515.

(g) Cosm. lib. II, pag. 140.

(h) Pagi. ad ann. 522, § v.

(i) Montf. *Præfat.* in Cosm. *Topogr.* cap. 1, § 1.

(j) Cosm. *Topogr.* Prol. I, ad lib. I.

(k) Id. *ibid.*

(l) Id. *ibid.* lib. VIII, sub init.

(m) Cang. *Gloss. Gr.* tom. I, pag. 516, v. Ἰνδικοπλευστής, et tom. II, p. 1717, v. Ἀπὸ φωνῆς.

(n) *Bibl. Taurin.* tom. I, pag. 67.

(o) Montf. *Bibl. Coislin.*, pag. 244.

(p) Colom. *Opp.* pag. 690, edit. Fabric.

* Paginas intellige editionis Montfalconii quas typis crassioribus expressimus. Edit. Πατ.

Indicopleustes, si eandem ipse confecisset? Id enimvero non est in more positum apud Catenarum consarcinatores, qui aliorum potius excerptis quam suis in hujusmodi centonibus contextendis abutuntur. Quid quod eidem quoque Cosmæ tribuenda fuerit altera Catena illa Coisliniana paulo ante Montfauconio commemorata, et quotquot aliæ, sicubi exstant, in quibus inter auctores Indicopleustes item recensetur, si virorem eruditorum, quos modo laudavimus, sententiam semel admittamus. Quod sane jure dixerit nemo, ut equidem duco. Alius itaque a nostro Cosma Corderianæ Catenæ auctor esse videtur, qui ex Indicopleustæ Expositione fragmentum illud excerpterit. Cæterum præfationem illam in Psalterium Cosmæ Indicopleustæ nomen præferentem, quæ in codicibus Taurinensi, Barocciano (a), Vaticano CCCXLII, aliisque instar prologi cujusdam in Psalmos præmittitur, ex ejusdem Cosmæ *Topographia Christiana* esse desumptam, jam dudum admonuit Montfauconius (b); qui tamen vir doctissimus, deinceps aliud agens, eandem Cosmæ præfationem velut ineditam inter Chrysostomi opera iterum evulgavit (c) ex ins. Ottoboniano in quo eidem Chrysostomo ascribitur, ubi, licet illam tanquam Chrysostomi fetum non admittat, legitimum tamen ejus auctorem, uti antea, detegere haud cogitavit. Neque illud hic prætereundum, eam Indicopleustæ præfationem in Psalmos, ex binis codicibus Baroccianis redintegratam, edendam in se recepisse Magnum Crusium (d); qui monuit mutilam esse illam, quam in *Topographia Christiana* exhibet Montfauconius. Hinc existimaverim equidem, exemplaria Crusii Barocciana concinere forte cum codice Ottoboniano, unde præfationem eandem rursus edidit V. C., ut paulo ante docuimus; ubi sane sub finem plenior exstat quam vulgata in *Topographia Christiana*. Multo denique locupletiore prologum illum Psalmorum nuper edidit ex ms. Vallicellano vir doctissimus, cui *Danielem secundum LXX ex Tetraplis Origenis* acceptum referimus (e). Quibus observatis illud quoque addere libet, prodidisse nimirum Colomesium (f). Matthiam Flacium Novo Testamento suo Græco Latino ex vetusto codice præfixisse Cosmæ nostri Argumenta Græca in quatuor evangelistas: quæ quidem ex ejusdem *Topographia Christiana* (g) fuisse descripta putaverim, quemadmodum de Cosmæ præfatione in Psalterium factitatum, ut modo innuimus.

III. Hæc porro Indicopleustæ litterarum monumenta omnia huc usque recensita, si nonnulla excerpta Expositionis in Psalterium excipias, sive interiere penitus, sive in bibliothecarum forulis adhuc latent. Unum vero superest, *Topographiæ Christianæ* titulo prænotatum, quod ineunte hoc sæculo ex duobus codicibus mss. Vaticano et Laurentiano Parisiis in lucem emisit cl. Montfauconius. Hujusce operis meminit ex veteribus unus Photius (h), cujus recensionem doctissimo editori præteritam exhibet illustratque Fabricius (i). Lucubrationem suam dicavit auctor Pamphilo Hierosolymitano, qui Alexandriam, ubi degebat Indicopleustes, accesserat eumque ad scribendum impulerat (j). Sic quidem Photius (k): qui tamen in operis lectione ulterius progressus, advertit sex tantum priores libros huic Pamphilo ab auctore nuncupatos; septimum autem Anastasio cuidam, quem Cosmas φιλοπονηκώτατον et φιλόχριστον, *hominem studiosissimum et Christi amantissimum* appellat (l); octavum vero Petro amico suo (m), cujus antea meminimus. Reliquos porro quatuor nemini deserte inscriptos novimus. Complura notatu digna hoc in opere Indicopleustæ observat eruditissimus Montfauconius (n): cujusmodi sunt ejus de figura mundi scopus et opinio, narrationes de rebus Ægyptiacis, Æthiopicis et Indicis; quibus alia rerum memorabilium miscellanea intexta conspiciuntur. In primis vero ea edisserit (o), quæ Cosmas litteris consignavit de rebus Scripturam sacram et Ecclesiam spectantibus: quæ item de Epistolis Festalibus sancti Athanasii aliisque veterum Patrum fragmentis, ab eodem auctore decimo suæ *Topographiæ* libro prolatis. Porro de horum Cosmæ librorum pretio hæc habet cl. editor (p): «Etsi non pauca sint, inquit, in tam prolixo opere quæ ignorari et negligi sine dispendio possint, uti solet in hujus ævi scriptoribus accidere, nemo tamen æquus rerum æstimator non fateatur, paucissimos ex iis qui a sexto sæculo florere, tam multa passim circumferre rerum documenta, quanta in Cosma nostro deprehendimus. Nam, præter res Æthiopicas, Ægyptiacas et Indicas alia bene multa subinde occurrunt luce dignissima, quæ non parvam rei litterariæ accessionem afferant: in his vero scriptorum veterum fragmenta non pauca, et Athanasii excerpta undecim ex Epistolis Festalibus, quæ jam diu interierunt.» Hæc ille: quo quidem doctissimi viri judicio emollienda videtur Photii sententia, qui auctorem nostrum non solum absona quædam afferre, sed et nonnulla incredibilia narraro ait, ut inter fabulosos potius quam fide dignos scriptores recensere hominem æquum fuerit (q).

IV. Porro inter singularia quæ hoc in opere passim refert Cosmas, eminet enimvero egregium vetustatis monumentum, Inscriptionem videlicet Ptolemæi tertii regis Ægypti, cogno-

(a) V. Oudin. *De script. eccl.* tom. I, p. 1412.

(b) Montf. Præfat. ad Cosm. cap. 2, n. 4, et *Topogr. Christ.* lib. v, pag. 223.

(c) Id. Chrysost. *Opp.* tom. V, pag. 539.

(d) Crus. *Diss. epist.* p. 27, n. 9, edit. Lips. 1728.

(e) Sim. de Magistris ad Daniel. Ap. II. sent. Patrum de LXX vir. vers., *Dissert.* IV, § II, pag. 452 seqq.

(f) Colom. l. c.

(g) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. v, infra p. 245.

(h) Phot. *Bibl. cod.* xxxvi.

(i) Fabric. *Bibl. Gr.* t. II, pag. 609 seqq.

(j) Cosm. *Topogr. Christ.* Prol. II, ad lib. I.

(k) Phot. l. c.

(l) Cosm. lib. VII, sub init.

(m) Id. lib. VIII, init.

(n) Montf. præfat. in Cosm., cap. 2.

(o) Id. *ibid.*

(p) Id. *ibid.*

(q) Phot. l. c.

mento Evergetis, in Adule sitam quæ urbs Æthiopum maritima est. Eam exscripsit ipsemet auctor, nonnullisque scholiis illustravit (a), quam postea uberioribus notis auxit Montfauconius (b). Hujusmodi monumentum Aduliticum primus edidit G. L. Romæ 1631 Leo Allatius: sed vitiose admodum, judice Vossio (c), qui et nonnulla ejusdem monumenti loca illustrat. Illud postmodum ex codice Laurentiano Florentino ab Emerico Bigotio accuratius descriptum, anno 1666 Parisiis Gallice vulgavit Thevenotius (d). Deinceps incunte hoc sæculo idem Monumentum cum adnotatis Bodwellianis in tertio volumine *Geographorum Græcorum Oxonii* rursus evulgavit Joannes Hudsonus. Præterea nota auctum illud nobis exhibuit Fabricius Hamburgi 1716 (e). Postremo monumentum Adulitanum ab eruditissimis viris antea certatim editum, post Spanhemium, Dodwellum aliosque doctos homines, protulit Edmundus Chisull in suis *Antiquitatibus Asiaticis Christianam æram antecedentibus*, anno 1728 Londini evulgatis, ut ex Actis eruditorum Lipsiensibus intelligimus (f): illudque V. C. a vobis; suspicione vindicat contra Bergerum et Harduinum: paucis denique ipsis Cosmæ et uberioribus Montfauconii, suas ipsemet eruditissimas addidit adnotationes: ubi et isto monumento vaticinium Danielis xi, 8, de rege Austri, id est Ptolemæo, mire illustrari palam ostendit. Præter alia vero notatu digna quæ in sua *Topographia Christiana* describit Indicopleustes, illud quoque accedit ad operis amplitudinem, quod auctor passim rerum imagines de quibus in opere agit, manu propria nec imperite delineatas exhibet. Gaudet siquidem, ait Montfauconius (g), maxime Græci librarii, picturis et imaginibus, quæ res ab auctoribus descriptas nativis coloribus repræsentent. Unde etiam plerumque res obscuras nec ita perspicue enuntiatis intelligere est. Earum vero rerum imagines non paucas, quæ in Cosmæ nostri codicibus Vaticano et Laurentiano habentur, quæque rebus intelligendis opportunæ erant, æneis tabulis incidi curavit V. C. Qui præterea permultas alias icones ex eodem Cosmæ desumptas profert in alio præstanti opere inscripto *Antiquité expliquée*, in cujus duobus indicibus v. *Cosmas* ostensas videas. Cæterum topographi nostri scrinia compilasse videtur auctor Chronici Paschalis, vulgo Alexandrini, cum apud Chronographum istum Indicopleuste plene recentiore complura legantur iisdem prope verbis quibus Cosmas abutitur. Cujusmodi est illud quod refert Simonius in epistola *De inspiratione librorum sacrorum*, operi præmissa cujus inscriptio: *Réponse au livre intitulé: « Défense des sentiments, »* etc. (h). Qui quidem locus a viro illo critico ex laudati Chronici auctore descriptus (i), apud Cosmam nostrum verbo tenus occurrit (j). Hinc porro minus recte suspicatus est Allatius (k), Chronicon Paschale *Topographia Christiana* auctori tribuendum, quem toto ferme sæculo anteriorem Chronographo Alexandrino existisse comperimus. Qua de re Fabricium (l) consule atque Caveum (m).

V. Unum adhuc et alterum adnotandum superest ad Cosmæ sive textum restituendum, sive interpretationem reformandam. Et primum quidem advertit Wesselingius (n), Hyperidis locum ab Indicopleuste relatum (o), occurrere quoque apud Pollucem (p), sed minus forsitan emendate. Eundem autem locum ab auctore nostro excitatum edisserit ad suum Hesy-chium Joannes Alberti (q). Porro alterum Menandri locum a Cosma statim subjectum, ita restituit modo laudatus Wesselingius: *στρατιῶν ἰσθμῶν*, ubi male in edito Montfauconiano *στρατιῶν*. Verum gravioris momenti, ad interpretationem quod attinet, censenda V. C. Josephi Simonii Assemani observatio (r). In responsione itaque ad Crozii libellum Gallice inscriptum: *Histoire du Christianisme des Indes*, refert primum cum ejusdem laude, quod ab eo de Nestorianis erudite animadversum est. « Nimirum, inquit, ostendit ille (s), Cosmam Indicopleusten Nestorianæ hæreseos sectatorem fuisse (quod neque Photius vidit (t), neque Montfauconius adnotavit (u), rationesque has profert: primo, quia Cosmas laudat Patri-cium (v), qui postea totius Persidis archiepiscopus fuit, cum regio illa Nestorianismo infecta esset, cum vocans virum divinum et doctorem illustrem. Secundo, hæreticorum nomina recensens (x), Manichæos nominat, Marcionistas, Eutychanos, Arianos, Apollinaristas; nullibi Nestorianos. Tertio in Scripturarum expositione (y) et in systemate mundi, Theodororum Mopsuestenum et Diodorum Tarsensem, primarios Nestorianorum doctores, ubique sequitur. Quarto, de Christo et Verbi incarnatione easdem cum Nestorianis locutiones usurpat (z). » His autem ex Crozio delibatis, pergit vir doctissimus sic inquirens: « Crozii sententiam libens amplector, confirmoque ex certissimis Nestorianorum documentis. Patri-

(a) Cosm. l. c. lib. II, infra pag. 140.

(b) Montf. Præfat. in Cosm. cap. 3.

(c) Voss. *Observ. in Melam* lib. III, cap. 8, pag. 293.(d) Theven. *Relat. de divers voyages cur.*, t. I.(e) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. II, pag. 604-609.(f) *Act. Erud.* 1728, pag. 447.(g) Montf. *Palæogr. Gr.* lib. I, cap. 4, pag. 7.(h) Simon. *De l'inspirat. des liv. sacr.*, pag. 26.(i) *Chron. Pasch.*, pag. 155 edit. Paris.(j) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. v, infra p. 259.(k) Allat. *Consens. de Purgat.*, pag. 942.(l) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. II, pag. 613-850, et tom. VI, pag. 143.(m) Cav. *Hist. littér.* tom. I, pag. 516.(n) Wessel. *Probab. lib. sing.* cap. 29, p. 252.(o) Cosm. *Topogr.* lib. v, infra, pag. 196 sq.

(p) Polluc. lib. IV, segm. 122.

(q) Hesyech. tom. I, pag. 614, not. 24.

(r) Assem. *Bibl. Orient.*, tom. III, part. II, c. 7, § XXXIII, pag. CDV et sq.(s) Croz. *Hist. du Christ.*, pag. 27-37.(t) Phot. *Bibl. cod.* xxxvi.

(u) Montf. Præfat. ad Cosm.

(v) Cosm. *Topogr.* infra pag. 124.(x) Id. *ibid.* infra pag. 242.(y) Id. *ibid.* infra pag. 235.(z) Id. *ibid.* pag. 125 et seqq., 146 et seqq., 151 et seqq., 175 et seqq., 209 217, 262, 265, 289, 283, 286 et alibi passim.

eius enim ejusque discipulum Thomas Edessenus quorum Cosmas meminit (a), Nestoriani fuere, ut alibi demonstravi (b). Syri *Abam*, seu *Mar-Abam* vocant, quem Græce *Patricium* Cosmas appellat. *Abam* autem Catholicum totius Persidis fuisse, ex Catalogo patriarcharum Nestorianorum liquet (c). Hinc laudato Cosmæ testimonio, quod juxta Montfauconii versionem obscurum est, lux maxima affulget. Verba Cosmæ hæc sunt (d) : Οὐκ οἴκοθεν ὀρηθηθεὶς, οὐδ' ἐξ ἑμαυτοῦ πλασάμενος, ἢ στοχασάμενος, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παιδευθεὶς, καὶ διὰ ζωῆς φωνῆς παραλαβὼν ὑπὸ τοῦ θειοτάτου ἀνδρός καὶ μεγάλου διδασκάλου Πατρικίου, ὡς τάξιν Ἀβραμιαίων πληρῶν, ἐκ Χαλδαίων παραγεγονώς, ἅμα τῷ ἐν ἁγίοις τότε μαθητῇ Θωμᾷ τῷ Ἐδέσσης, αὐτῷ πανταχοῦ ἀκολουθήσαντι, νῦν δὲ ἐν τῇ Βυζαντιῶν βουλῆσι Θεοῦ τὸν βίον μεταλλάξαντι, μετέδωκε θεοσεβείας καὶ γνώσεως ἀληθεστάτης, ὅς καὶ αὐτὸς νῦν ἐκ θείας χάριτος, ἐπὶ τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀρχιερατικοὺς θρόνους; ἀνήχθη τῆς ὅλης Περσίδος καθολικῶς ἐπίσκοπος αὐτόθι κατασταθεὶς. *Non ex me, neque ex mea opinione et conjectura, sed ex divinis institutis Scripturis, et ex viva accipiens voce divinissimi viri magnique magistri Patricii; qui cum Abrahamicum ordinem impleset, ex Chaldæa profectus una cum sancto viro, tum discipulo suo, Thoma Edesseno, qui ipsum ubique secutus est, nunc vero Byzantii, Deo volente, vitam cum morte commutavit; piæ religionis et veræ scientiæ munus tradidit, qui et nunc per Dei gratiam ad sublimes et archiepiscopales thronos evectus est, catholicus ibidem episcopus constitutus.* Nimirum Patricius seu *Aba*, cum ordinem Abrahamicum implevisset, hoc est, vel imitando Abrahamum patriarcham, qui ex Chaldæa in terram Chanaan Dei jussu migravit, vel potius emenso in Ilzensi cœnobio monastici instituti curriculo, quod in pristinum splendorem Abrahamus archimandrita restituerat (e), Byzantium cum Thoma Edesseno discipulo suo profectus est, ibique defuncto Thoma, in Chaldæam unde venerat, regressus, ad archiepiscopalem totius Persidis thronum evectus fuit, Catholicus constitutus, ut Mares, Amrus, Barhebræus, cæterique Nestoriani vel Jacobitæ scriptores tradunt (f). Montfauconius Græcum Cosmæ textum perperam interpretans, ad Thomam Edessenum refert quæ de Patricio seu *Aba* dicuntur. et in margine notat (g), eundem Thomam catholicum Persidis constitutum fuisse. Hoc et Crozius de Latina Montfauconii versione advertit (h). » Hactenus V. C. Sed hic animadvertendum ducimus, ipsum Montfauconium probe agnovisse (i) tum *Persidis archiepiscopum, tum alios omnes episcopos et presbyteros eidem subditos*, Nestorii placitis fuisse addictos, ut propterea incompertum haud ipsi fuerit, sive Patricium totius Persidis catholicum, sive Thomam Edessenum ejus discipulum Nestorianos exstitisse; licet Cosmæ Indicopleustæ qui eos celebrat, ejusmodi hæreseos maculam inurere prætermiserit. Pergamus porro.

(a) Cosm. *Topogr.* infra pag. 125.

(b) *Assem. Bibl. Orient.* tom. II, pag. 412, et tom. III, pag. 615.

(c) *Id.* ibid. tom. III, pag. 615.

(d) Cosm. l. c. infra pag. 124.

(e) *Assem. l. c.*, tom. III, pag. 93, et 155.

(f) *Id.* ibid. tom. II, pag. 412, et tom. III, pag. 75.

(g) *Montf. ad Cosm.* pag. 125.

(h) *Croz. l. c.* pag. 28.

(i) *Montf. Præfat. ad Cosm. Topogr.* cap. 3, § vi.

NOTITIA ALTERA.

(*FABRIC. Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. IV, p. 251.)

I. De monumento Adulitico sive Adulitano Ptolemæi Evergetæ.

Eximium monumentum Ptolemæi Evergetæ (a) in Adule, Æthiopum civitate maritima, suo adhuc tempore superstes observavit (b) atque Cosmographiæ suæ Christianæ inseruit scriptor quidam Græcus sub Justino imp. clarus, qui mercaturæ causa illa se loca adisse testatur. Reperit vero διόπρον sive sellam e candido marmore ad urbis ingressum a rege consecratam Marti, et in posteriori parte imagines Herculis atque Mercurii habentem insculptas, tum undique inscriptam litteris Græcis, et ingentes expeditiones, a Ptolemæo feliciter susceptas, amplissimasque victorias satis gloriose celebrantem.

Labentibus annis, uti Bernardus Montefalconius integram Cosmæ, monachi Ægyptii, *Topographiam Christianam*, sic cum ea marmorei istius solii, dudum deperditi, epigraphen, sive *monumentum Adulitanum* ad utriusque codicis, cum Vaticani, tum Florentini, fidem recensuit in *Collectionis novæ Patrum*, Paris. 1706, in-fol., tom. II, p. 141 sqq., additis non modo Cosmæ scholiis in Ptolemæi inscriptionem, sed suis etiam animadversivunculis, necnon pictura

(a) *Circ. A. M.* 3783, olymp. cxxxiv, 3, ante Cl. Pl. 220, a. V. C. 532, secundum Saxii rationes, *Onomast.* I, pag. 112, ubi de hoc monumento diligenter disserit.

(b) Cosmæ *Indicopleustes* lib. II, pag. 140, ἐν τῇ

Ἀδοῦλῃ τῇ καλουμένῃ τῶν Αἰθιοπῶν πόλει παραλήφ. Confer de hoc oppido et portu Guil. Stuckium ad Ariani periplum maris Erythræi, fol. 10; Cellarii *Africanam antiquam*, p. 96. Hodie *Ercoro* dicitur, ut Sponio notatum est.

ἔργου Πτολεμαίου, ad pag. 188. (Ex hac Montf. sylloge repetierat Fabricius h. l. monumentum Adulitanum cum adnotationibus; sed ego omisi, quoniam illud cum insigni observationum apparatu postea locum invenit in Edm. Chishulli *Antiquitatum Asiaticarum*, part. i, Londini 1728, in-fol., pag. 79-87. Specimen codicis Florentini e bibl. Laurentiana dedit quoque Montefalcon in *Palaeographia Graeca*, pag. 282. Adde Clerici *Bibl. ancienne et moderne*, tom. IV, pag. 45 sqq.) Ab illo tempore nemo dubitavit, quin maxime sincerum esset Montefalconis exemplum. Vel sic tamen huic intercessisse visus est Theoph. Sigfr. Bayerus, qui primam partem hujus monumenti ex apographo codicis Vaticani summa accurate secundum versus et litteras a Josepho Simone Assemanno (conf. hic ipsius Assemanni epistola ad Bayerum in *Sylloge Uhliana*, vol. IV, pag. 3 sq.) descriptam edidit in dissertatione *De numis duobus Ptolemaei Lagidae*, tom. IV Commentarior. academiar. Petropolitanae, a pag. 248 inserta. Cæterum non eadem omnibus hujus monumenti auctoritas visa est. Sunt qui probæ vetustatis esse credant, quorum sententiæ me nondum pœnitet. Alii *νοθείας* accusarunt: in quibus fuerunt Harduinus, Begerus, Jo. Sartorius, aliquantulum dubitans, et Erasm. Froelichius. Harduini iudicium, in *Chronologia Veteris Testamenti*, pag. 579 Operum select. de eo latum, vanitatis convicit La Crosius in *Vindictis veterum scriptorum*, p. 140-145. Begeri dubitationibus, in *Thesouro Brandenburg.*, tom. III, p. 31 sq. expositis, occurrit Chishullus in animadversionibus ad monumentum Adulitanum i ante i. Etsi vero defensio La Crosiana virorum doctorum suffragia tulit, ipsique Gisberto Cupero, testibus ejus *Litteris criticis*, p. 6 (adde Cuperi epist. ad La Crosium in *Thes. epistol.*, tom. III, pag. 268), placuit; tamen Jo. Sartorio, Gedanensi professori, non usquequaque satisfaciebat, nonnullis ei scrupulis subortis, quorum causa ad La Crosium singulares scripsit litteras in *Thesouro epistolico* La Crosiano tom. I, n. 267, obvias. Respondit ei humaniter docteq. La Crosius, ejusque epistolam ipse Jo. Sartorius in libello, qui penes me est, satis raro *De ostracismo litterario*, Gedani 1710, in-4, pag. 78 sqq., promulgavit, a Jordano deinceps in *Historia vitæ et scriptorum La Crosii*, Amstelod. 1741, in-8, pag. 108 sqq., typis renovatam. (Adde tom. III, *Thes. epistolici* La Crosiani, epist. 149, pag. 288-291, ubi locus quidam in monumento emendatur.) Neque tamen Sartorium herbam porrexisse videtur, quædam denuo suspicatus, ut apparet ex aliis litteris, ad eumdem La Crosium datis, in *Thesouro* La Crosiano, tom. I, n. 268. (Conf. epistolam Wolfii ad La Crosium in eodem *Thesouro epistol.*, tom. II, epist. II, pag. 18 sq.; unde apparet Sartorium rivis La Crosii suos irrigasse hortos.) Tandem uti totius monumenti fidem in dubium vocare ausus non est Erasmus Froelichius in *Inscriptionibus antiquis*, ad *Annales Syriæ* regum illustrandos idoneis, pag. 125, ita alteram duntaxat illius partem sibi de sincera equitate suspectam esse scribit. Cujus tamen dubitationum remedia jam antea occupaverat vir litteratissimus Theoph. Sigfr. Bayerus, l. l. Hactenus cl. Saxius. HARL.

II. *Cosmographia Christiana lecta olim a Photio sine auctoris nomine, quod doctissimo Montefalconio haud observatum.*

Opus ipsum in quo monumentum hoc exstat, inscribitur *Χριστιανική Τοπογραφία παντός κόσμου* (a), *Descriptio mundi universi, e mente Christianorum*, et distributum est in *libros duodecim*, etsi non simul ab auctore vulgatos, quia initio non tot libros mente conceperat. Duodecimus in Vaticano ms. desideratur, in Mediceo codice mutilus extrema parte [nempe ultimo folio postremi libri amisso] est repertus, atque ita a Montfaucon cum reliquis XI integris editus. Argumentum operis succincte persequitur Photius, cujus locum doctissimo editori haud observatum ascribam. Ita vero ille codice **xxvii**.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, οὗ ἡ ἐπιγραφή *Χριστιανῶν βιβλίος*, ἐρμηνεία εἰς τὴν δεκάτενον (b). Παμφίλω (c) δὲ τινι προσφωνεῖ τὸ βιβλίον· ἦν δὲ ταῖς Ἰουστινίου (d) τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως ἡμέραις ἐνακμάζων. Ἀπάργεται μὲν οὖν ὑπὲρ τινῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, Γραφικαῖς, ὡς ἐδόκει, μαρτυρίαις

Lectum opus est, cujus titulus *Christianorum liber*, tractatus octo voluminum. Pamphilo cuidam dicatus ab auctore, qui Iustinus, imp. Romani temporibus floruit. Initio Justinus ecclesiastica quædam dogmata, S. Scripturæ, ut ipsi quidem videtur, testimoniis propugnat. Dictione utitur humili, et plus

(a) Lib. I, sub init., et pag. 114 sqq.; lib. II, pag. 125, 126; lib. VII, pag. 275.

(b) Nullo modo huic operi convenit titulus *Expositionis in Octateuchum*, sive in primos octo sacræ Scripturæ libros. Itaque hæc verba innuunt potius expositionem sive tractatum, libris octo constantem, sive in octavo libro desinentem. Nam quamvis mox ab ipso Photio duodecim numerantur libri, tamen postremi quatuor interjecto demum tempore scripti et prioribus additi sunt, et a Photio referuntur separatim.

(c) Pamphilo Hierosolymitano. Vide lib. I, pag. 114; lib. II, pag. 134, et lib. VIII, pag. 303. Hunc Θεοφιλέστατον Πατέρα vocat lib. II, pag. 183; lib.

VI, pag. 266; ὡ τιμία κεφαλή ad eumdem lib. V, p. 260.

(d) Lib. II, pag. 141: Παρόντι οὖν μοι ἐν τοῖς τόποις πρὸ τούτων τῶν ἐνιαυτῶν εἰκοσι πάντε πλέον ἢ ἑξαττῶν, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας Ἰουστινίου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ὁ θνητὰ βασιλεὺς τῶν Ἀξομιτῶν μέλλων ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον πρὸς τοὺς Ὀμηρίτας τοὺς πέραν, etc. Expeditio illa Elesbani, Æthiopiæ regis, facta est a. Ch. 522. (conf. *Pagium* tom. II, *Critic. Baron.*, pag. 517), Justinus imp. quinto: ergo auctor ista scripsit Alexandriæ (vide lib. II, pag. 144; lib. VI, pag. 6, pag. 264), a. Ch. 517, Justiniani XXI.

quam vulgari compositione. Sed et incredibilia quædam narrat, ut fabulosis potius quam fide dignis accensere scriptoribus hominem fas sit. Pro quibus vero maxime propugnationem suscepit dogmata, hæc sunt : Cælum non esse orbiculari figura, nec terram adeo, sed illud fornix instar terræ incumbere; hanc longiorem esse quam latiore, et extrema cæli ultimis terræ jungi; astra singula moveri ministerio angelorum, et id genus alia. Digressus in mentionem Genesios et Exodi, cum primis insisit enarrationi et contemplationi tabernaculi. Hinc prophetas percurrit ac deinde apostolos. Solis magnitudinem duobus climatibus metiitur terræ, et angelos non in cælo versari, sed tantum infra firmamentum et nobiscum degere contendit. Christum vero, ascendentem e terris, ingressum esse locum medium inter cælum ac firmamentum, idque solum esse regnum cælorum. Affert et alia absona. Ac libros quidem sex Pamphilo cuidam consecravit; e sex reliquis autem (universi enim duodecim sunt) septimum Anastasio, in quo cælos dissolvendos negat, et octavum dicavit Petro, in quo canticum Ezechie et regressionem solis interpretatur, testatus se etiam Canticum canticorum commentario explicuisse. Reliqui quatuor libri ad neminem sunt ab auctore diserte directi.

Ψῆδην Ἐζεχίου (r) καὶ εἰς τὸν ἀναποδισμὸν τοῦ ἡλίου, Πέτρῳ (s) προσφωνεῖ, ἐν ᾧ, ὅτι καὶ ὑπερνημάτισε τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων (t) λέγει. Οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες οὐ πρὸς τι πρόσωπον αὐτῷ συνετάγησαν.

(a) Ipse lib. 1, pag. 114, libenter fatetur πεζῶς πῶς καὶ ἀνωμάλως argumentum suum διεξίεναι· καὶ γὰρ, inquit, ἐνωίων ὄρθῶν, οὐ φράσεις δεῖται ὁ Χριστιανός. Nimirum a Pamphilo, qui Hierosolymis Alexandriam accesserat, etiam atque etiam ad hoc excitatus permisit se ad scribendum impelli, cum alioqui mercaturam fecisset et a litterarum elegantiorum studio fuisset alienus, prætereaque per morbos exhaustus etiam corporis viribus. Ἐνοχλῶν ἡμῖν περὶ τοῦτου οὐ μὲν διέλιπε, ἀσθενῶν ἡμῶν τυγχάνοντων τῷ σώματι, ταῖς τε ἔψεται καὶ τῇ ἡρότητι τῆς γαστρὸς πιεζομένων, καὶ συνεχῶς λοιπῶν ἐκ τούτου ἀσθενείας συγκαὶς περιπιπτόντων, ἄλλως δὲ καὶ τῆς ἐξίθην ἐγκυκλίῳ παιδείας λειπομένων, καὶ ῥητορικῆς τέχνης ἀμοιροῦντων, καὶ στωμιλῆς λόγων ἡ κόμῳ χαρὰκτῆσι συνθεῖναι λόγῳ οὐκ εἰδόντων, καὶ ταῖς τοῦ βίου πλοκαῖς ἀρχολομμένων, — lib. II, pag. 124. Itaque pag. 125 ait, se scribere ἀνευ κοκομφευσμένου καὶ τεχνικοῦ λόγῳ ἐν ἰδιωτικῶς τε καὶ ἀπλάστοις ῥήμασι. Et pag. 152 : Ἐμπορίας γὰρ γὰρ ἐπέλευσα τοὺς τρεῖς κόλπους τούτους, τὸν τε κατὰ τὴν Ῥωμανίαν (in ditione Romanorum), καὶ τὸν Ἀράβιον, καὶ τὸν Περσικόν, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκούντων δὲ ἡ καὶ πλεόντων τοὺς τόπους, ἀκριθῶς μεμαθηκῶς. Adde lib. III, pag. 178 sq.

(b) Videtur respicere ea quæ libro XI tradit de variis animantibus arboribusque, quæ tamen si quis legat nostro tempore, quo historia naturalis tot hominum solertium longissimis itineribus non leviter locupletata est, facilius iis habeat fidem. Certe præclara mihi videntur et neutquam contemnenda quæ scriptor ille observavit. Totum vero illum librum XI pridem e codice Mediceo a Bigotio descriptum cum Gallicæ ejus versione vulgaverat Theodorotus tomo primo collectionis itinerum Paris. 1650, fol.

(c) Quod nempe scriptum esset Is. XI, 22, Ὁ στήσῃ ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν. Confer Eusebium ad illum locum, pag. 511, et laudata ab auctore *Topographia* Severiani atque Chrysostomi verba; Allatum ad Eustachium in Hexæmeron, p. 26 sqq.; Petavii

ἀγωνίζεσθαι. Ἔστι δὲ ταπεινὸς τὴν φράσιν (a) καὶ συντάξεως οὐδὲ τῆς κοινῆς μετέχων· ἀλλὰ καὶ τινα κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀπίθανα συντίθησι (b), διὸ καὶ μυθικώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον ἡγεῖσθαι τὸν ἀνθρώπων, δίκαιον. Ἐπεὶ ὧν δὲ δόγματα ἐνίσταται, ἔστι ταῦτα· Ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔστι σφαιρικὸς, οὐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ μὲν ὡσεὶ καμάρα (c), ἡ δὲ ἑτερομήκης (d), καὶ κεκόλληται (e) τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες κινούνται, ἀγγέλων (f) αὐτοὺς τῇ κινήσει διακονούντων, καὶ ἑτέρα τινα τοιαῦτα. Ποιεῖται καὶ ὡς ἐν παρεκδόσει (g) μνήμην καὶ τῆς Γενέσεως καὶ τῆς Ἐξόδου, διατριβὴ δὲ τῇ διηγήσει καὶ τῇ θεωρίᾳ, ὡς ἐπίπταν τῆς σκηνῆς (h), ἐπιτρέχει δὲ καὶ τοὺς προφήτας, καθεῖθεν τοὺς ἀποστόλους. Λέγει δὲ ὅτι τὸ μέγεθος ἔχει ὁ ἥλιος δύο κλιμάτων (i), καὶ ὅτι οἱ ἄγγελοι οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ (j), ἀλλὰ μόνον ὑπὲρ (k) τὸ στερέωμα καὶ μεθ' ἡμῶν. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνεβῶν ἀπὸ τῆς γῆς, εἰς τὸ μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ στερεώματος (l) εἰσῆλθε, καὶ ὅτι τούτῳ ἔστι καὶ μόνον ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (m). Λέγει δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα (n). Προσφωνεῖ δὲ τοὺς μὲν ἐξ αὐτοῦ λόγους Παμφίλῳ τινὶ (o), τῶν δὲ λοιπῶν ἐξ (οἱ γὰρ πάντες αὐτοῦ δώδεκά εἰσι) τὸν μὲν ἔβδομον Ἀναστασίῳ (p), ἐν ᾧ ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοὶ (q). Τὸν ὄγδον δὲ, ὃς ἔστιν εἰς τῆς

Dogmata theolog. de mundi officio lib. I, cap. 12.

(d) Instar mensæ in sacro tabernaculo. Vide lib. II, pag. 138; ἐπιμήχη ipse vocat pag. 129.

(e) Lib. II, pag. 129, τὸν οὐρανὸν κατ' ἄκρα τοὺς ἄκρους τῆς γῆς συνέδησε.

(f) Lib. II, pag. 150, 153, lib. III, pag. 161, lib. IV, pag. 189; lib. VII, pag. 287; lib. IX, pag. 310 et 312 sq.

(g) Libro quinto.

(h) Quia Apostolus tabernaculum vocat ἄγιον κοσμητὸν Hebr. IX, 2. Vide lib. I, pag. 115; lib. II, pag. 134 sq.; lib. III, pag. 163, 173 sq.; lib. V, p. 171, 200 sq.; lib. VII, p. 297; lib. IX, p. 305, 511.

(i) Lib. VI, pag. 265, 267.

(j) Sententia auctoris perspicue patet e figura. Angelos autem in supremo cælo esse, negat lib. II, pag. 175; lib. VII, pag. 286 sq., 289; lib. IX, pag. 313.

(k) Non super stereoma sive firmamentum, sed intra atque subter illud. Nam ex mente auctoris nihil supra firmamentum præter aquas supræcælestes et regnum cælorum.

(l) Ac primus quidem. Vide lib. VII, p. 277; lib. IX, pag. 314.

(m) Lib. III, pag. 183.

(n) Ut de monte conico, columnis cæli, terra, ultra Oceanum inaccessa etc. De monte ejusmodi geminam Braminum doctrinam refert Abraham Rogerus in : *Indianisches Heidenthum*, pag. 251. Adde *Mem. de Trevoux*, 1715, pag. 1861.

(o) Supra dixerat Photus, Pamphilo totum opus esse dicatum. Nunc lectione ulterius progressus recte monet, ei iuscriptos esse ab auctore libros solummodo sex primarios.

(p) Lib. VII, pag. 274, ὁ φιλοπονικώτατος ἀνδρῶν Ἀναστάσιε. Euanthem φιλόχριστον vocat pag. 275.

(q) Lib. VII, pag. 275 sq.

(r) Isaïæ LVIII.

(s) Lib. VIII, pag. 500, 507 et 508, ubi φιλόχριστον appellat.

(t) Illud in Canticum canticorum ὑπερνημάτῃ, ait dedicasse se Theophilo amico, lib. VIII, p. 500

III. *Topographiæ Christianæ auctor Cosmas.*

Patet ex hoc loco, Photium in codice suo nullum auctoris nomen ascriptum reperisse. Vocatur tamen a viris eruditissimis *Cosmas Indopleustes*. Allatius pag. 20, 47, *De mensura temporum* citat Christinum sive Christianum, in *Christiana Topographia*. [Alia Allatii loca attulit Fabric. § III, versus finem.] In codice Mediceo [cod. 28, plut. IX] hic index est operis, Ἀστὴ ἢ βίβλος Χριστιανικὴ Τοπογραφία περιεχτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου παρ' ἡμῶν ὀνομασμένη. [Bandinius in Catal. ms. Græc. biblioth. Laurent., tom. I, pag. 437-449, de illo cod. sæculo x scripto, de argumento operis et de Cosmâ ipso copiosus est. In cod. Laurent., pag. 20 verso, post prologos u legitur tamen, Κοσμᾶ μοναχοῦ λόγος ἀπὸ τοῦ Χριστιανικοῦ μὲν ἐθελόντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδοῦν τὴν οὐρανὸν νομίζοντας, καὶ δοξάζοντας. Bandinius jam memorat, in codice bibliothecæ Cæsareæ apud Lambec. in Comm. de illa biblioth. lib. III, cod. IX, exstare solummodo laciniam. Atqui Kollarus in nota ad Lambecii Comm. III, pag. 47 sq., ostendit, esse tantum quatuor excerpta, quæ quoque, cum editione Montfaucon. collata, diligenter designat. Vaticanus codex unciali caractere circiter sæc. IX in membranâ manu exaratus est, cum figuris ex vetustiori exemplari, et, opinante Bandinio, ex autographo depictis; sed caret libro XII. Cosmas enim, ait Bandinius, editam a se *Topographiam Christianam* secundis curis aliam in formam plerisque in locis deduxit, multis partibus auxit, et cum obstrepentibus naviterque pugnantibus adversæ sententiæ viris, objecta refellere opus esset, libros addidit novos (a), unde accidit ut ea quæ a primo manarunt autographo exemplaria, longe breviora sint aliis quæ post sartum et tectum opus exscripta sunt. Postremi generis est Laurentianus codex sæc. X, ad cuius fidem Montfaucon. in *Collectione nova Patrum*, tom. II, editionem suam curavit, adjutore Antonio Maria Salvini. Jac. tamen Gronovius ad Minucii Felicis cap. 37, *Sententiam*, ait, *hanc non meminisse legisse speciosius illustratam, quam a Cosmâ monacho in ista Christianica Topographia, nuper ita Parisiis edita, ut potuisset emendatius id præstari*. Idem Montfaucon. tabulas nonnullas, quibus bene multis totus exornatus codex, fecit describi: dolet tamen Bandinius, omissas esse elegantissimas et ab antiquitatis studiosis maximi faciendas. Salviniū tulisse opem, docet Bandin. ex ipsius Montfauconii epistolis, ad eundem Salvinium datis ann. 1700, editisque tom. II, pag. 149 sqq. *Symbol. litter. Gorii*. Ex epistola vero quinta, pag. 200, efficitur, curam depingendarum tabularum, quæ deletæ penè erant in cod. Vaticano, demandasse Anselmum Mar. Bandurio, a quo tamen nonnullæ inscriptiones, difficiles captu, fuerunt prætermisæ. — Cosmæ proœmium εἰς τὴν Ψαλτήρα citatur a Niceta Choniato in *Thesouro orthodox. fidei*, teste Bandinio tom. I Catal. laud., pag. 432 B. Prologus ipse in Psalmos est in cod. Venet. D. Marci (Catal. pag. 261). Prologus hujus Cosmæ in Psalmos integriorem, quam Montfaucon. tom. II, pag. 223, editurum se promisit Magnus Crusius diss. epist. pag. 27, Lipsiæ 1728. Nec tamen confundenda est Epherasis in Psalmos, in codd. Vindob. tom. III, pag. 272, et tom. IV, pag. 475: neque enim est, ut Lambecius opinabatur, a Cosmâ Hierosolymitano, neque carmine iambico, sed versibus politicis scripta, ut docet Kollar. ad utrumque Lambecii locum. Conf. Fabric. *Bibl. Gr.*, vol. X, pag. 218, ubi plures Cosmæ enumerantur: quibus adduntur h. l. a Fabricio Cosmas, diaconus Apostolopitanus; tempore Chrysostomi (Lambec. VIII, pag. 300); Cosmas, cujus sermo paræneticus ad peccatorem contumacem (Lambec. VIII, pag. 449; Nessel. V, pag. 24); Cosmæ hieromonachi Ἐρμηνία τῆς ἐπιστήμης τῆς χρυσοποιίας, ms. in cod. Regio et Laurent. (vid. Bandin. III, pag. 356); Cosmas, Alexandrinus episcopus (Asseman. tom. II *Biblioth. Oriental.*, pag. 474). Fabricio ignotus fuit Cosmas Cyparissiota, cujus *Officium supplex in Jesum*, in cod. Laurent. Medic. apud Bandinium tom. I Catalogi, cod. XVII, pag. 40. Ibid. pag. 530 occurrunt Cosmæ sub imperat. Romano seniore magistri officiorum sententiæ duæ de colonis. Decretum illius Παρὰ παροίκων exstat in cod. Veneto D. Marci (Catal. pag. 103). HARL.] — Geographum Christianum ms. biblioth. Medicæ de animalibus Indicis citat Thom. Bartholinus lib. de *unicornu*, cap. 24, pag. 211.

Sed vereor, ut proprium hoc, nempe Cosmas Indopleustes, ejus nomen sit. Nam ut *Indopleustes* quidem dictus est a suscepta in longe dissita loca (b) navigatione, ita *Cosmas* appellatus videtur quod scripsisset topographiam κόσμου sive mundi (c). Similiter Joannes, abbas Sinaitæ, dictus est *Climacus* quod scripsisset librum cui titulus *Klyuaë*, ut omittam alia hujus generis exempla, jam nota eruditiss., et partim collecta ab Adriano Bailletto in libro

(a) Quod a Cosmâ Alexandria: a Chr. 547. factum esse, docet Hamberger in *Zuverlässigen Nachrichten*, etc., part. III, p. 387, ubi de Cosmâ disserit. Ad eundem annum ætatem Cosmæ refert Saxius *Onom. litter.*, I, pag. 43. HARL.

(b) Conf. Casauboni et Salmasii notas ad hæc Vopisei in *Firmo: Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit*, tom. II, p. 709 sq. FABRIC. Conf. Robertson in libro: *An historical disquisition concerning the Knowledge which the ancients had of India*, etc. Londini et Edinburg. 1794, maj. 4, qui de Cosmâ agit, [p. 91 sq. versionis Germ.] et distinguenda putat ea, quæ ipse viderit Cosmas ab

illius hypothesibus physicis. Cf. Heeren librum similis tere argumenti qui imper prodiit, nondum vidi. HARL. [A. H. E. Heeren *Commentatt. de Græcorum de India notitia et cum Indis commerciis*. Commentatt. Soc., etc. Gott., vol. X et XI. Ejusd. *Comm. de Romanorum de India notitia*, ib. vol. XI; ejusd. *Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt, Carthager, Äthioper, Ägypter*. Gott. 1792, 8.]

(c) Enimvero hæc dubitatio, seu conjectura levis esse videtur: nam plures, qui Cosmæ audiebant, exstitisse, certum est. HARL.

Gallico, quo scriptores sub falso vel nullo nomine latentes recensuit, p. 322. Video etiam, de auctore addubitare Is. Vossium, pag. 275, ad Melam: *Quam antiquum sit vocabulum, liquet ex auctore Topographiæ Christianæ, sive is sit Cosmas Indopleustes, sive alius.* Et pag. 276: *Cum hoc convenit Cosmas Indopleustes, sive quicumque alius* *Τοπογραφίας Χριστιανικῆς ἐστὶ αὐτοῦ.* Cosmam, nescio an nostrum, libro primo *Ἀλυπταχίων* laudant scholia Græca in Apollonium, IV, vs. 262. Cosmas tamen Indopleustes citatur a Corderio in Psalmos tom. I, pag. 53, 303; a Petro Gyllo lib. II *Topographiæ Constantinop.*, cap. 25. Certissime Nestorianum esse auctorem *Topographiæ*, notat M. V. La Crose in *Bibl. Bremensi*, t. V, p. 663; in *Museo Bremensi*, t. I, pag. 85; et in *Historia Christianismi apud Indos* pag. 27 seqq., edita Gallice, Hagæ 1724, in-12, licet non diffiteatur Mariam ab eo dici Θεοτόκον pag. 260 C. Add. Joseph. Sim. Assemannus lib. III *Bibl. Orient.*, part. II, pag. XCII, DCXVII, qui circa a. Ch. 539 scripsisse eum pronuntiat. Cosmæ tres inter patriarchas Alexandrinos referuntur in *Chronico Orientali*, pag. 126, 132, 133. *Topographiæ* quidem auctor in Ægypto diu versatus est, atque Alexandriæ scripsit, ut testatur II, p. 114; VI, pag. 264. Mercaturam exercuisse non uno se loco prodit, II, pag. 130, III, pag. 178; XI, pag. 336. Eundem monachum vocat inscriptio libri: Κοσμά Ἀλυπτιῶν μοναχοῦ Χριστιανικῆ Τοπογραφία. Opificium exercuisse monachos olim, satis constat vel ex Epiphanio LXXX, 3 seq., et Palladii *Lausiaca*, pag. 92, 142, 143, etc., ne asseram quæ in hanc rem collegerunt Alteserra in *Asceticis*, Thomasinus *De disciplina ecclesiastica*, et Gundlingius ad Eustratii delineationem Ecclesiæ Græcæ, pag. 21 sq. Sed rationes commerciorum et frequentia itinerum cum monachi institutis minus congruere videntur. Igitur commerciis auctor forsitan cum valedixisset, monachi vitam est amplexus. Patriarcham Cairensem, Joannem Abulmagedum, antequam ad patriarchatum ascendisset, exercuisse mercaturam, et sæpius transjecisse in Indiam, leges in *Chronico Orientali*, fol. 139, ad ann. 6707. Libro quinto *Topographiæ* plura occurrunt quæ iisdem prope verbis memini me legere in *Chronico Paschali*, quod vulgo appellant Alexandrinum. Fortasse uterque scriptor ex communibus hausit fontibus. Hinc Allatius in *Consensu de purgatorio*, p. 942, Cosmam suspicatur esse auctorem esse Chronici Alexandrini. Idem Allatius pag. 50 *De libris Græcorum ecclesiasticis* locum afferens ex *Topographia Christiana*, auctorem vocat *Christinum* sive *Christianum*: ita et pag. 528 *De consensu utriusque Ecclesiæ*. Sed *De purgatorio* p. 936, et *De consensu* p. 260, auctorem antiquum vocat, nomine nullo addito. Conf. Vossius *De histor. Græcis*, II, cap. 23, pag. 219. Præcipue vero jucunda est hujus topographiæ lectio, quod ex ea veterum Christianorum sententia de orbe terrarum arcum Noë referente, haud spherico, sed plano (a) non modo explicata sit perspicue, sed etiam propugnata variis argumentis, atque ita proposita, ut, quomodo secundum hanc hypothesin eclipses, ortusque et occasus siderum animo suo conceperint atque intellexerint boni illi homines, perspicuiatur. Similem fere Siamensium opinionem refert Lubericus in *Descriptione regni Siamensis*, Gallice edita, t. I, pag. 199; Indorum Laneus, *Mem. de Trevoux*, 1713, p. 1861; Theodori Mopsuestini apud Jo. Philoponum in *Hexæm.*; Diodori Tarsensis apud Photium; Chrysostomi et aliorum apud Petavium *Lib. dogmat. theol.*, de mundi opificio, cap. 12; Lactantii III, 24.

IV. Index scriptorum et aliorum quorundam, in Topographia Christiana memoratorum.

- Amphilochius, familiaris S. Basilii, in Iambis ad Seleucum. Lib. VII, pag. 292.
 Anastasius, mechanicus. VI, pag. 264. Idem, ut videtur, cui librum septimum inscripsit. *φιλοπονικώτατος ἀνδρῶν*. VII, pag. 274. *Φιλόχριστος*; 275.
 Apion, grammaticus, Ægyptiacarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
 Apollinaris hæreticus. V, 242.
 Apollonius, Molo, quem inter scriptores rerum Ægyptiacarum (e Josepho, ut videtur) refert. XII, p. 341.
 Archimedes, geometra et arithmeticus incomparabilis. III, p. 182. Ejus *τετραγωνισμὸς κύκλου*, ibid.
 Aristoteles. I, pag. 121; III, pag. 177, 179. Contra eundem, quod cælum non constat e quinta quadam essentia. I, p. 117 sq. Ejus sententia de duplici qualitate singulorum elementorum explosa pag. 123.
 Arius hæreticus. V, pag. 242.
 Athanasius, Alexandrinus episcopus. VII, pag. 292. Ex ejus epistolis festalibus secunda, quinta, sexta, vicesima secunda, vicesima quarta, duo et undetricesima, quadragesima, quadragesima secunda, tertia et quinta. X, p. 316-319.
 Οἱ ἔξωθεν Ἀττικῶν. V, pag. 197.
 Babyloniorum opinio, cælum esse spheram. VIII, p. 303.
 Basilius, Amphilochii amicus. VII, pag. 292.
 Berosi *Χαλδαϊκὰ γράμματα*. XII, pag. 340.
 Brachmanes. II, p. 137.

(a) Conf. Lambec. III, pag. 21, *Chronic. paschale*, pag. 237, 238. [Holsten. in *Lilienthalii sele-*

ctis historicis et litterar. Observ. IV, pag. 94 sq. HALL.

- Calmus e Tyro litteras in Græciam intulit. V, pag. 206; XII, pag. 343
 Chæremon, Ægyptiarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
 Chaldæi ἐκ τοῦ γένους τοῦ Ἀδραάμ. barbaricam sphaeram Ægyptiis tradidere. III, p. 159.
 Christianus scriptor, qui, cælum sphaericum professus, illud dissolvendum esse adversus ethnico-
 eos docuit, impugnatur. VII, pag. 274, 299.
 Dius et Menander, qui Tyriorum antiquitates in Græcam linguam transtulerunt. XII,
 pag. 342.
 Ephorus, e cujus historiæ libro quarto profertur insigne fragmentum. II, pag. 148. Hoc
 Græce ex Medicæo Cosmographiæ codice excerptum ediderat Jac. Gronovius in calce ap-
 pendicis ad Geographica antiqua. Lugduni Batav., 1699, in-4.
 Epiphanius de mensuris ac ponderibus. X, pag. 326.
 Epistolæ catholicæ Jacobi, Petri, Joannis, Judæ non omnes ab omnibus Ecclesiis recipiun-
 tur. VII, pag. 292,
 οἱ ἔξω, οἱ ἔξωθεν, οἱ ἐκτός. III, pag. 175; IV, pag. 190; IX, pag. 310, etc.
 Euclides, arithmeticus et geometra. III, pag. 182.
 Eudoxus, Cnidius, Pythagoras ac Plato in Ægypto astrologiam didicerunt. III, pag. 159.
 Eusebius Pamphili. III, pag. 174. Ejus *Historia ecclesiastica*. VII, pag. 292.
 Eutyches hæreticus. V, pag. 242.
 Græci, Ἑλληνική κλάνη. VI, pag. 260, 272, etc.
 Gregorii Nazianzeni sermo de Paschate. X, pag. 319.
 Epistolæ ad Hebræos auctor Paulus apostolus. V, pag. 254, 255.
 Hebræi in deserto plurimis lapidibus memoriam profectiois suæ litteris Hebraicis insculpse-
 re, quos vidisse se testatur auctor. V, pag. 205.
 Homerus nunquam νόμος (a) vocabulo usus. XII, pag. 343.
 Hyperidis oratio contra Patroclum. V, pag. 197.
 Joannes rogatus a fidelibus Evangelium scripsit velut in supplementum reliquorum quæ pro-
 bavit Evangeliorum. V, pag. 248.
 Joannis Chrysostomi sermo de eleemosyna. X, pag. 327. Commentarius in Epist. ad Ephesios.
 Ibid. Ad Hebræos, pag. 328.
 Josephus. III, pag. 174.
 Irenæus. VII, pag. 292.
 Judæi ἠλειμμένον sive Messiam exspectantes. VI, pag. 271.
 Lycurgus legislator. XII, pag. 342.
 Lysimachus, Ægyptiarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
 Manetho de rebus Ægyptiis. XII, pag. 341.
 Manichæi. V, pag. 242, 262; VI, pag. 271, 272, 273.
 Μαρκωνιστῶν. V, pag. 242.
 Menander historicus. Supra in *Dius*.
 Menander comicus. V, pag. 198.
 Μοντανῶν, Montanistæ. V, pag. 262.
 Moyses, primus scriptor a Deo litteras edoctus. III, pag. 174.
 Origenes. VII, pag. 298, 299.
 Pamphilus Hierosolymitanus, cui primos sex libros inscripsit auctor. I, pag. 114; II, pag.
 124; VIII, pag. 305. Ἡ τιμία κεφαλή. VI, pag. 260. Πάτερ θεοφιλέστατε. pag. 266.
 Patricius mathematicus, e Chaldæa profectus in Ægyptum, a quo edoctus auctor, quæ de
 mundo tradit. VIII, pag. 306. Idem forte quem θεϊώτατον διδάσκαλον vocat, II, pag. 132; V,
 pag. 192. Byzantii defunctus. II, pag. 125.
 Petrus, cui inscripsit librum VIII, pag. 300, 307; φιλόχριστος, pag. 308.
 Philonis Carpathii commentarius in Canticum canticorum. X, pag. 329. In Hexaemeron
 pag. 330.
 Plato. III, pag. 177, 179, Ejus *Timæus*. XII, pag. 341. Vide et supra in *Eudoxo*.
 Procli commentarius in *Timæum* Platonis. XII, pag. 341.
 Ptolemæus ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν πολεμήσας. VI, pag. 268. Ptolemæus nempe Evergetes primus,
 cujus monumentum Aduliticum refert. II, pag. 141 sq.
 (Claudius) Ptolemæus. III, pag. 177. Astronomus incomparabilis, pag. 182.
 Pythagoras. III, pag. 179. Vide et supra in *Eudoxo*.
 Pytheas Massiliensis. II, pag. 149.
 Pro Solomone (b) legendum Solon. XII, pag. 342.
 Samaritani. V, pag. 262; VI, pag. 271, 272.
 Severiani, Galalorum episcopi, liber primus, secundus, tertius, quartus et sextus in *Hexa-
 meron*. X, pag. 320. Liber *contra Judæos*. VII, pag. 192.
 Socrates. III, pag. 179.
 Solon. Vide paulo ante in *Salomone*.
 Sopater mercator, cum quo auctor versatus. XI, pag. 338.

(a) Hanc observationem, ut alia, e Josepho mutuatus est Noster. Vide lib. 1 *Contra Apion.* pag. 1071. Occurrit quidem νόμος vocabulum, hymno in Apollinem v. 20, non tamen de lege civili sive

morum, sed νόμος.

(b) Similem errorem observabis apud Theophilum Anti chenum lib. III, ad Autolycum, pag. 120 edit. Paris., et in Nazianzeni orat. XV, pag. 225.

Stephanus mathematicus, presbyter Antiochenus. VI, pag. 264.

Syri. VII, pag. 292.

Οἱ Τερατολόγοι. V, pag. 205, 213.

Teucer, Locrorum legislator. XII, pag. 342.

Theodosius, Alexandrinus schismaticus CPoli- degens, tunc, cum auctor scriberet, adhuc superstes. Eius concio in quadragesima Assumptionis. X. pag. 331. *Alia ἐξήγησις*. ibid. In dictum, *Pater, si possibile est, transeat calix iste*, ibid.

Theophili Alexandrini epistola prima festalis. X, pag. 320.

Thomas Edessenus, Patricii discipulus, archiepiscopus et Catholicus Persidis. II, p. 125.

Timæus philosophus (apud Platonem). XII, pag. 340.

Timotheus ὁ νέος, Theodosii Alex. decessor. XI, pag. 332 sq.

Tryphon Phalereus, quem consuluit Philadelphus de libris sacris Hebræorum in Græcam linguam transferendis. XII, pag. 344. Tryphonem pro Demetrio appellat auctor, ex memorie, ut videtur, lapsus.

Xenophanes. II, pag. 149.

V. Scripta Cosmæ deperdita.

Scripserat et alia hic auctor *Cosmographiæ*, quorum ipse partim facit mentionem. Sunt autem hæc :

1. Descriptio terræ ad Constantinum : Πρὸς τὸν φιλόχοιστον Κωνσταντῖνον βιβλίον, ἐν ᾧ περ γέγραπται πλεοντέρως πᾶσα ἡ γῆ, ἢ τε πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ αὐτῆ καὶ πᾶσαι αἱ χώραι ἐστὶ τε καὶ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως τοῦ νοτιοῦ Ὠκεανοῦ. λέγω δὴ ὁ Νεῖλος ποταμὸς καὶ αἱ παρακείμεναι χώραι καὶ τὰ ἔθνη τῆς τε Αἰθιοπίας πάσης καὶ Αἰθιοπίας, ἐστὶ τε καὶ Ἀράβιος κόλπος καὶ αἱ παρακείμεναι χώραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ὠκεανοῦ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ κόλπου καὶ αἱ χώραι καὶ τὰ ἔθνη τᾶν ἐν αὐτῇ. Lib. I, pag. 113. Hujus operis vel lacrymis deploranda jactura videtur Montfaucono.

2. *Adumbratio sive imago universi et motus siderum facta ad imitationem sphaeræ armillarum Græcorum, atque de illa imagine liber ad Homologum diaconum.* Ὁ σκάρφος τοῦ παντός καὶ τῆς ἀστερίας κινήσεως ὁ παρ' ἡμῖν γενόμενος κατὰ μίμησιν τῆς ὀργανικῆς τῆς ἐξωθεν σφαίρας, καὶ ὁ παρὶ αὐτοῦ λόγος πρὸς τὸν θεοφιλῆστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλείς. Lib. I, pag. 116. Idem forte opusculum respicit VII, pag. 274, ubi ait se ἐτέρῳ συγγράμματι docuisse, quod cælum non sit sphaera, nec circulariter moveatur.

3. *Commentarius sive ὑπόμνημα in Canticum canticorum, ad Theophilum, amicum suum.* VII, pag. 300.

4. Cosmas citatur in catena ms. Macarii Chrysocephali in Matthæum. [An vero intelligendus est Cosmas Hierosolymitanus? Hic enim cum multis aliis vet. theologis, teste Lambecio commentar. III, pag. 165, uti in cod. CCI Coislina., teste Montfaucon in Catal. bibl. Coislina., pag. 251, citatur in catena sive commentario amplissimo in Evangelium S. Lucæ. Illum quidem scripsisse etiam in Lucam, conjicit Caveus part. II *Hist. litterar.*; sed locus quem affert hoc non probat, et quod Fabric. in nota ms. observarat, petitum est e libro V *Cosmographiæ*, pag. 217. Similiter argumenta quatuor Evangeliorum, quæ in Matthæum et Marcum sub nomine Cosmæ Indicoplitæ, in Lucam et Joannem sub Cosmæ Indicopleustæ nomine ex veteri cod. exhibet Matthias Flacius in præclara Glossa sua ad N. T., desumpta sunt, adnotante Fabricio in nota ms.; ex eodem *Cosmographiæ* loco, Basil. 1570, fol. Gr. et Lat. Inde forsitan desumptæ quoque sunt præfatiuncule Cosmæ Indicopleustæ in Matthæum, Marcum, Lucam et Joannem in codd. VIII et XI Naniensis, pag. 6 et 8 Catalogi Græcorum codd. niss. apud Nanios asservatorum. HARL.]

5. *Expositio in Psalmos*, de qua jam ad § III quædam adnotata sunt. Codex membran. est in Bibl. Taurinensi, et in catalogo Græcor. mss., p. 67 sqq. late describitur. Primum animadvertent editores, illo codice amplissima contineri commentaria in Psalmos et cantica utriusque Testamenti, quæ profecto eadem videantur ac illa quæ refert Carolus Du Fresne in Glossario mediæ et infimæ Græcitat., pag. 516, sub titulo qui legitur in cod. Colbertino : Κοσμᾶ Ἰνδικοπλεῦστου ἐξήγησις εἰς τοὺς Ψαλμοὺς ἱστορικῶς γε καὶ ἀναγωγικῶς, etc. Præfatio cum epigraphæ, quæ Cosmæ Indicopleustæ nomen præfert, aiunt editores, eodem sane modo, quo in Barociano codice apud Oudinum tom. I, pag. 1412, Κοσμᾶ τοῦ Ἰνδικοπλεῦστου πρόλογος εἰς τοὺς Ψαλμοὺς. Hanc præfationem in Psalmos edidit Montfaucon tom. V opp. Chrysostomi, pag. 540, ex misto Otoboniano, in quo Joanni Chrysostomo ascribitur. Præfationem alteram excipit textus Psalmorum cum expositione locorum difficiliorum. Consensum tamen cum iis quæ Corderius in Catena vulgavit, deprehenderunt editores illius catalogi. Est quoque hujus Cosmæ Commentar. in prophetam David (uti scripsit Plüer in *Itinerario per Hispan.*, p. 163.) s. Psalmos in bibl. Escorial. et in cod. XIX Gr. bibl. reg. Neapolitanæ. HARL.] — Expositio Cosmæ in Psalmos cum protheoria de ratione Psalmorum in cod. Colbertino 1476. Ex cod. Barociano descriptum habere se testatur Joan. Christophor. Wolfius, pag. 23 *De catenis Patrum*, et ibidem Græce describit expositionem Cosmæ in Psalmum cx, 4, ex Nicetæ *Thesaurο orthodoxæ fidei*. Prologum illum, a laudato Wolfio ex cod. Barociano XV mihi communicatum, vidi. nihil aliud esse, quam ἀποπαράμιτον, quod *Topographiæ* p. 223, legitur, sed nonnullis post verba p. 224, εἰ μὴ τοῦ Δαυὶδ αὐτίως. Laudatur etiam ab Allatio p. 595 *De processione Spiritus sancti*. — [In cod. XXVII, n. 2, bibl. reg. Neapolitanæ est Cosmæ monachi κανὼν τῆ Κορινθῆ τῶν βαπτῶν, εἰς τὸν Μεγάλον Ἐσθέραια. HARL.]

PRÆFATIO

IN

COSMÆ ÆGYPTII TOPOGRAPHIAM CHRISTIANAM,

Sive Christianorum opinionem de mundo,

Ubi multa Athanasii ex operibus amissis.

PROCEMIUM.

Cosmæ, qui Indicopleustes ab Indica navigatione dicitur, *Topographia Christiana* a Petro Lambecio *Biblioth. Cæsar.* l. III, codice 9, p. 21, memoratur; diciturque a fol. 28 ad fol. 34 in nono codice extendi, quo palam sit non totum opus, sed laciniam solummodo in Cæsariano exstare. In Vaticana vero bibliotheca elegantissimus ejusdem codex membranaceus habetur unciali caractere noni circiter sæculi, cum figuris ex vetustiori exemplari, et fortassis ex autographo depictis: sed deest ibi duodecimus liber. Nam, ut ad calcem operis indicamus, Cosmas editam ab se *Topographiam Christianam* secundis curis aliam in formam plerisque in locis deduxit, multis partibus auxit, et cum, obstrepentibus naviterque pugnantis adversæ sententiæ viris, objecta depellere opus esset, libros addere novos necesse putavit, ut in decursu operis deprehendas. Unde accidit, ut ea quæ a primo autographo manarunt exemplaria, longe breviora sint aliis, quæ post sartum et tectum opus exscripta sunt. Postremi generis est codex Laurentianus decimi sæculi membranaceus, ad cuius fidem editionem nostram adornavimus: qui totos duodecim Cosmæ libros complectitur, amisso tantum postremi libri folio ultimo. Hujus scriptoris mentionem fecere Joannes Jacobus Frisius in Bibliotheca universalis, ubi Cosmas *Indicopleustus* dicitur; et Possevinus, a quo *Indicoplensis* pari lapsu vocatur. Verum illi unam in Psalterium præfationem, quæ in quibusdam manuscriptis præmittitur, se vidisse testificantur: illa vero præfatio ex hoc opere excerpta fuit, uti suo loco notatum a nobis est. Longe majorem nobis postea Cosmæ notitiam attulit ὁ μακαρίτης Emericus Bigotius, qui peragratis Italiæ partibus, ex codice Laurentiano Florentie quædam excerptis, videlicet inscriptionem Ptolemæi Evergetis, et alia nonnulla maximi pretii ad res Æthiopicæ et Indicæ spectantia. Sed ut evenire solet iis, qui in transcurso excerpta parant, ejusdem argumenti multa et quidem præclara prætermisit vir eruditus. Ad hæc vero, cum Bigotiana ἀποσπασµάτια itinerariis solum Gallice scriptis a Thevenotio editis inserta sint, vix in exterorum notitiam devenerunt. Quid quod præter res Æthiopicæ, Ægyptiacæ et Indicæ alia bene multa passim occurrunt luce dignissima, quæ non parvam rei litterariæ accessionem afferant, ut in hujus Præfationis decursu deprehen-

das: in his vero scriptorum veterum fragmenta non pauca, et Athanasii excerpta undecim ex epistolis Festalibus, quæ jamdiu interierunt. His de causis amicorum hortatui cessimus, qui hunc scriptorem, Athanasii excerpta præferentem, Athanasianis ἀνεξέδοτοις subjungi peroptabant. Nam etsi non pauca sint in tam prolixo opere quæ ignorari et negligi sine dispendio possint, uti solet in hujus ævi scriptoribus accidere; nemo tamen æquus rerum æstimator non fateatur, paucissimos ex iis qui a sexto sæculo floruerunt, tam multa passim circumferre rerum documenta, quanta in Cosma nostro deprehendimus, ut propalam ex sequentibus erit.

CAPUT PRIMUM.

DE COSMÆ ÆTATE ET SCRIPTIS.

I. *Cosmas Topographiam Christianam scripsit anno circiter 535, imperante Justiniano.* II. *Cosmographiam item universalem descripsit jam deperditam.* III. *Et alia opuscula.*

I. Cosmas Ægyptius Alexandrinus, primo mercator, qui negotiationis et quæstus causa Æthiopicam, Indian Orientalesque alias regiones peragraverat, vir litteris, ut illa ætate apprime eruditus fuit. Deinde vero monachale institutum ingressus multa scripsit, quæ in hoc opere variis in locis commemorat. Licet autem ex nota temporis, quam in secundo libro *Topographiæ Christianæ* consignat, expedite poni calculum posse videatur, negotium tamen facessit quod eadem de re libro undecimo legitur. Nam primo loco dixit, dum librum secundum scriberet annos 25 tum effluxisse ab expeditione Elebsaani regis Æthiopum in Homeritas: hæc autem expeditio in annum cadit 522: cui computo si annos 25 adjicias, anno 547 imperante Justiniano hæc scripserit necesse est. At libro undecimo ait de Theodosio Alexandria patriarcha hæretico loquens: ἦσαν καὶ τινος νέου ἀποσχίστου ἀδελφῶν πατρῶς, ἔτι καὶ νῦν ζῶντος καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διαγόντος, ἐκ περιουσίας καὶ τοῦτο πάλιν, μαρτυρίαν μαστουροῦντος, ἔστε ἐξ ἀγνοίας, ἔστε ἀπ' αὐτοῦ τῆς ἀληθείας ἀναγκαζομένου, τῆ ἡμετέρας συγγραφῆς, ἐλ post sequitur; Θεοδοσίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Hoc est, *Cujusdam novi schismatici eorum patris, adhuc superstitis et Constantinopoli degentis, testimonium ex abundanti afferam, qui sive ex ignorantia, sive ipsa cogente veritate, libro nostro patrocinator.* Et p. 332: Παράρρητοντες ἐξ καὶ τούτων, ἐπὶ τὴν πρὸ αὐτοῦ, νῦν τετελευτηῦντα νέου Τυρόθεν μετέθωμεν· ἵν

est, *Hoc autem* (S. Theodosio) *prætermisso, ad decessorem ejus, qui nuper obiit, Timotheum juniorem veniamus.* Decessit autem Timotheus ille, quem ad discrimen Æluri, juniorem vocat Cosmas, anno Christi 535. Cui subrogatus Theodosius hæreticus postquam Alexandriæ paulum temporis manserat, Constantinopolin abiit, ac elapso ab ordinatione anno et quatuor mensibus, quod synodo Chalcedonensi subscribere nollet, in exilium missus est, anno Christi 536: quo tempore scilicet Cosmas undecimum hujus operis librum absolvebat; imo vero quod habet Cosmas nuper obiisse Timotheum, paulo post discessum Theodosii Constantinopolin conscriptum eumdem librum significare videtur, id est, anno 535. Qua ratione ergo hæc libri undecimi nota quæ in annum 535 cadit, cum illa secundi libri quadrare valeat, quæ annum circiter 547 exprimit? Et vero in utroque codice, Vaticano scilicet et Laurentiano, par annorum numerus assignatur. Sane putaverim Cosmam, qui diuturnum tempus in his elucubrandis insumpsit, et obitibus contrariæ sententiæ viris, hæc sæpius retractavit et auxit, postremam anni 535 notam tum posuisse, cum primum his operam daret: deinde vero cum subsequenti tempore multisque elapsis annis pristina repeteret, et pro solito reformaret, priorem notam vel posuisse, vel jam positam ad annum quo hæc ageret reduxisse.

II. Jam ad cætera quæ Cosmas edidit, injuria temporum amissa opera procedendum. Primum occurrit *Cosmographia illa, ubi universa terra latius descripta erat, tam ea quæ ultra Oceanum sita est, quam hæc cum omnibus regionibus; et australes partes ab Alexandria usque ad australem Oceanum, videlicet Nilus fluvius regionesque adjacentes, et populi universæ Ægypti et Æthiopiæ; insuperque sinus Arabicus cum regionibus et populis circumpositis usque ad eundem Oceanum: ad hæc, media terra, quæ inter fluvium et sinum jacet, cum urbibus, regionibus et populis ipsam incolentibus.* Constantino autem euidam nuncupatum erat hoc opus, cujus vel lacrymis deploranda jactura est: nam Æthiopicæ maxime, Arabicæ, et Indicæ regiones, nec Strabo, nec Ptolemæus, nec veterum quispiam tam accurate nosse potuit, quam Cosmas noster, qui multis annis præsens locis interfuerat, et mira sagacitate, situs locorum, nationum consuetudines et negotiandi genus, animalium et plantarum naturam observabat. Dignissimi operis, si tamen alicubi lateat, cruendi palmam deferimus iis qui ad orientales plagas iter in dies instituunt.

III. Astronomicas item tabulas ad Homologum misit Cosmas, ubi astrorum motum, pro systematis sui ratione, delineabat. Memorat quoque scriptor noster Commentarium in Cantica canticorum ab se elaboratum, quæ omnia pariter vetustate oblitterata et deleta fuerunt.

CAPUT II.

COSMÆ SCOPUS ET OPINIO EJUS DE FIGURA MUNDI.

I. *Veterum magna pars sphaeram negabant.* II. *Itemque Christiani scriptores antiqui pene omnes.* III. *Cosmas astronomos; sphaeram propugnantes refellit.* IV. *Ejus opinio de mundo.*

I. Veterum multorum sententia fuit, planam esse mundi figuram, cœlumque in fornicis morem erectum extremis terræ partibus conjungi, ita ut cœlum et terra simul conclave magnum efficerent: hoc illi spatio astrorum motus et *επιπέδω* omnia circumscribi putabant. Sic primus inter scriptores Herodotus, nec sine risu eos, qui sphaeræ opinionem tenerent, repudiat. Ita quidem multi Herodoti quemdam locum in Melpomene interpretantur. Verum rem serio excutienti mihi, non videtur ex Herodoti verbis, talem sententiam exprimi, qualem illi ex ejus dictis expiscantur. Ea vero de re pluribus agere, non est præsentis instituti. Sane quidem a priscis illis temporibus quotquot astronomiæ dabant operam, vel ad primum artis limen constituti, probe noverant, non nisi secundum sphaeræ sententiam posse motus astrorum, lunares eclipses, et alia innumera explicari; alii contra, etsi doctrina et eruditione graves, cum luminarium et stellarum motus non observarent, peritiâ hujusmodi rerum destituti, antipodas et antichthonas obversis vestigiis ambulantes, pluviam contrario lapsu decidentem, ne auditu quidem ferentes, astronomos sphaeram deprædicantes non sine cachinnis deridebant. Unde Cicero *Acad. Quæst. I. IV: Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. Portenta videntur: sed tamen neque ille qui dixit, jurare possit ita se rem habere, neque ego. Nonne etiam dicitis, esse e regione nobis, e contraria terræ parte, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? Cur mihi magis succensetis, qui ista non asperror, quam eis qui cum audiunt desipere vos arbitrantur?* Ita demum se res semper habuit, ut quæ astronomi perspicuis demonstrationibus comprobarent, alii rerum istarum imperiti cum ludibrio respuerent.

II. Deinde vero Christiani scriptores plerique omnes, vulgarem amplexi opinionem, a sphaeræ nomine abhorrebant: ac tum veterum multorum sententia, tum Scripturæ sacre locis non paucis, quæ cum sphaeræ opinione consistere non posse rebantur, inducti, planam esse terræ superficiem arbitrabantur. Hinc Lactantius, I. III. c. 24: *Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sint superiora, quam capita? aut ibi quæ apud nos jacent inversa pendere? fruges et arbores deorsum versus crescere? pluvias et nives et grandinem sursum versus cadere in terram? Et miratur aliquis hortos pesiles inter septem mira narrari; cum philosophi et agros, et*

maria, et urbes, et montes pensiles faciant? et cætera quæ fusius ibi ille prosequitur. His similia tradunt Augustinus *De civitate Dei* lib. XVI, c. 9; Chrysostomus in *Ep. ad Hebræos*; Severianus Gabalorum, serm. 2 in Hexaemeron; Beda, multique alii, quos recensere supervacaneum esset: siquidem res trita neminique non nota est. Aliud item erat quod SS. PP. a sphaeræ opinione dimoveret, videlicet Scripturæ sacræ loca quæ sphaericam cæli terræque formam repudiare videntur. Verum hac in re duo potissimum sunt consideranda: primo loca hujusmodi non ita perspicue enuntiari, ut non aliam explicationem petiantur; secundo, Scripturam sacram, cujus unus ille scopus est, ut homines ad pietatem et fluxarum mundi rerum contemptum informet, ex vulgari gentium opinione rem illam commemorasse. « At enim, » ut ait Basilius (a), « nihil nostra interest, sphaerane sit terra, an cylindrus, aut disco similis, et undique in orbicularem figuram ex æquo detornata, an vanno similis et in medio concava: nec quia nihil Moyses de circuitu terræ, de eclipsibus, aliisque hujusmodi disseruit, ideo Spiritus sancti oracula sapientiæ hujus mundi inferiora censenda sunt; imo potius gratiæ referendæ ei qui non sivit mentem nostram vanæ et futillis philosophiæ dogmatibus irretiri, sed ea duntaxat conscribi voluit, quæ instituendis animabus et in tranquillo statu constituendis apprime fore utilia prænovarat. » Sententia vero de plana mundi figura ad decimum quintum usque sæculum a plerisque theologorum propugnata est; ita ut Tostatus ipse (b), paucis antequam alterum hemisphaerium adiretur annis, sphaeræ opinionem quasi in fide non tutam et temerariam rejecerit.

Supra memoratis igitur de causis, concors pene omnium sententia erat planam esse terræ superficiem, montibusque tamen hinc et inde distinctam, cælumque ab extremis sui partibus terræ congruatur. Et, ut verisimile est, plerique saltem ab ulteriori rerum perquisitione abstinebant: nec considerabant nullatenus posse talem opinionem cum luminarium et astrorum cursu quadrare. Qui enim sol ex altera mundi parte oriens, ad alteram occidens, possit occultus pristinum locum repetere, nisi circularem motum peragat? Nihil enim moror ridiculam quorundam veterum opinionem, qui putabant solem in oceanum delapsum, celeri aquarum alveo in adversum mundi latus toto noctis spatio deportari, indeque denuo exoriri. Similiterque qua ratione valeant eclipses lunæ, cum ea quam referunt umbra rotunditate fieri, nisi terra inter solem et lunam posita rotunda sit? Mitto cætera quæ tale systema obruant. Nihil mirum ergo multos Christianorum, qui ævo Cosmæ astronomiæ dabant operam, ad sphaeræ sententiam accessisse; multoque magis stupendum est Cosmam et ipsum astronomum, cælique motus ac stellarum cursum observantem, pro adversa opinione

pugnasse: qua tamen in re id nobis gratum præstitit, ut intelligere liceat, quo pacto SS. PP., ii saltem qui penitus rem indagaverant, cursum solis, eclipses lunæ, astrorum motus, secundum vulgarem illam sententiam explanarent.

III. Cum igitur astronomi, quos frequenter memorat et refellit Cosmas, obstrepent et sphaericam esse cæli terræque figuram asseverarent, Cosmas contra nitentur, affirmans sphaeram nec cum Scriptura sacra, nec cum ratione posse consistere. Nam a recta ratione abhorreere pugnat, quod homines obversis vestigiis ambulent, quod pluvie adverso lapsu cadant, etc., ut alii quos supra meminimus. Ex Scriptura vero sacra probare nititur, cælum terræ ita conjunctum esse, ut inmanis sublimisque cameræ, fornicis more fastigiata, formam efficiant, hoc maxime loco Isaïæ fultus: *Qui statuit cælum sicut fornix, et extendit illud sicut tabernaculum ad habitandum*: qui tamen locus ad alteram item opinionem derivari potest; similiterque hunc Jobi locum usurpat: *Cælum autem in terram inclinavit, effusa est vero sicut terra calx: conglutinavit autem ipsum quasi lapidem quadrum*. Quæ saue verba ad rem a Cosma afferuntur. Sed hæc loca ex LXX Interpretum versione deprompta, in Hebraico nonnihil ab hac sententia deflectunt. Etiam si vero nonnunquam secundum Cosmæ opinionem sacra Scriptura verba faceret, palam est ea ad vulgarem gentium existimationem adaptari. Nam si Spiritus sanctus dum monita salutis, et alia ad felicitatem hominis spectantia edidisset, sphaeram et antipodas induxisset, rei insolentia permoti lectores, huic uni dicto animum adhibuissent, neglectis iis, quæ ad institutionem animarum, et ad hominis beatitudinem respiciebant. Ad sphaeram item evellendam Cosmas his utitur argumentis: Scriptura sacra plerumque dicit cælum et terram omnia complecti, quod minime verum erit si sphaeram admittamus: nam illa posita unum cælum omnia cum terra simul continebit. Ad hæc S. Paulus dixit tabernaculum a Moyse structum esse figuram hujus mundi; tabernaculum autem erat quadrum et oblongum, atque adeo mundum quadrum et oblongum esse necesse fuerit. Hoc ille argumentum fusius agit, utque tabernaculi cum terra consonantiam accuratius exhibeat, et totum simul, et partes ejus singulas explicat, additis figuris et delineationibus singulorum; quas nos item depingi curavimus, appositis tabularum explanationibus: quæ res lectori, spero, nec injucunda nec infructuosa erit. Validissimum omnium ad sphaeræ confutandam opinionem argumentum putat esse Cosmam, quod Deus ab initio et præsentis et futuri mundi mansiones paraverit, videlicet terram et cælum; atqui cælum beatorum non putat ille, posita sphaera et circumvectione cælorum reperiri: ratus non posse perpetuam illam volubilitatem cum beata vita consistere. Ad hoc respondebant Christiani sphaeræ defensores, hos cælum quos videmus, in consummatione

(a) Hom. 9, in Hexaem

(b) Comm. in Gen. 1.

sæculorum destruendos, aliosque novos parandos esse. At reponit Cosmas et ex Scripturæ locis cominonstat in hos cælos inductum Christum, inducendos esse sanctos: et quia hæc in re comprobanda toto difficultatis cardinem verè comprobat, ex sacræ Scripturæ libris omnibus et ex SS. PP. loca congerit opportuniora, ut ostendat ab initio Deum binas illas mansiones parasse. Porro abs re foret in confutandis Cosmæ ratiociniis tempus terere: nam ut quisvis vel mediocriter peritus adverteat, omnia vel a locis perperam explicatis, vel ex male ab adversariis concessa cælorum destructione, deducuntur.

IV. Postquam autem Cosmæ argumenta ad spheram confutandam attulimus, restat ut ejus σύστημα, quo siderum, solis ac lunæ motus, eclipsesque lunæ pariter explicat, aperiamus. Mundum igitur ille planum arbitratur ac terræ superficiem quadram et oblongam; ita ut longitudo ejus ab oriente ad occidentem duplo major latitudine sit, quæ latitudo a septentrione ad meridiem extendatur. Hunc vero parallelogrammum muris claudi pugnat; murosque a parte orientali et occidentali, ab imo ad fastigium rectos in semicirculum desinere; a parte vero septentrionali et meridionali, erectos item muros esse putat, donec ad semicirculum pertingant, tum enim convolvi muros ait, ut oblongam cameram in fornix modum fastigiatam efficiant. Firmamentum porro, ceu lacunar quoddam, ubi muri convolvi et in semicirculum deflecti incipiunt extendi arbitratur, ac locum supremum beatorumque sedes, a loco inferiori disternare. Solem vero, lunam et stellas sub firmamento esse opinatur. Utque noctium, dierum et eclipsium rationem explicet, ad extrema septentrionis montem altissimum esse comminiscitur: et circa montem, solem, lunam et astra cursum peragere pugnat: ita ut cum sol adversam nobis montis partem respicit, tum nobis appareat, diesque sit; cum autem pone montem cursum peragit, tum noctem efficiat. Lunæ vero eclipses tum fieri putat, cum mons solem inter et lunam interponitur: cumque mons ille a cacumine hemispherium referat, hinc effici ut umbra quam in luna conspicimus, in semicirculum desinat. Hujus porro commenti ratio clarius in schemate ad primam tabulam posito deprehendas, ubi adjunctam e regione explicationem perlegas oportet. Hanc doctrinam Cosmas a sene quodam Patrio nomine se mutuatum testificatur: eaque ipsa, ut verisimile, Patrum ratio et intelligendi modus est, cum planam mundi superficiem esse contendunt. Sicque sententiam suam explanat Severianus Gabalorum, cujus locum affert Cosmas libro decimo. Ut vero digressionibus gaudet scriptor noster, multa præclara ultro citroque refert, quæ in sequentibus capitibus explananda venient: vereque dici potest esse τὸ πάρεργον κρείττον τοῦ ἔργου.

CAPUT III.

DE REBUS ÆGYPTIACIS, ÆTHIOPICIS ET INDICIS APUD COSMAM.

I. De Inscriptione Ptolemæi Evergetis. II. Quis

Ptolemæorum ille sit. III. Notæ quædam in illam inscriptionem. IV. De Nili scaturigine. V. De rebus Indicis apud Cosmam. VI. De statu Christianismi in India sexto sæculo.

I. Perinsigne monumentum antiquitatis studiosis offert Cosmas, dum inscriptionem nobis Ptolemæi tertii regis Ægypti cognomine Evergetis, in extremis Æthiopiæ quæ Ægyptum respicit, partibus exscriptam a se, litteris consignavit. Illa vero omnes ejusdem Ptolemæi tam in Oriente, quam in Æthiopiæ et Arabiæ partibus, expeditiones, minutatim enarrat, ut pulchrior et ad historiam opportunior altera nusquam compareat. Postquam autem ea, quæ in Orientis, Asiæ, Hælesponti et Thraciæ, Mesopotamiæ item et Babylonie partibus gessit Ptolemæus, inscriptio retulit, ait Ptolemæum copias per canales misisse, Δυνάμεις: ἀπόρριψε δὲ τῶν ἐρηθίων ποταμῶν, ubi nos ad verbum sic vertimus, *Per canales fluviatorum manufactos copias misit*: Bigotius vero Gallice, *Et faisant des canaux, où il estoit nécessaire, pour rendre à ses troupes le passage plus aisé*. Ubi παραφραστικῶς ille rom enuntiat, et quidem, opinor, non satis feliciter: nam canales illos, quos cum copiis trajecit, ipsius opera confectos fuisse nec inscriptio, ut liquet, exprimit, nec ratio suadet. Quorsum enim rem ita arduam, et longioris operæ, perficiendam ad copiarum transitum suscepisset, quando expeditum illi erat, eadem, qua prius trajecerat, via reverti? Jam pridem igitur effossos canales Ptolemæum trajecisse putamus. Reliquum est autem, ut excutiamus quos ille cum exercitu canales transmiserit, num canales Nili, sive eos queis se flumen in Mediterraneum mare exonerat, quorum aliquot manufacti erant; sive canalem a Nilo ad Rubrum mare ductum? De Nili ostiis hæc intelligi ne somnari quidem potest. Neque etiam verisimile est hic agi de canali quem reges Ægypti a Nilo ad mare Rubrum deduxerunt: non unus enim canalis, sed plures exprimuntur; ille vero a Rubro mari ductus, unicus erat. Ad hæc autem, quorsum ex Persica expeditione redux, statim copias per canales ad mare Rubrum transmittat, cum subsequentem in Æthiopiæ, et nauticam in Arabiam expeditionem, non nisi post multos annos suscepit? Quamobrem Inscripção sequens non eodem in lapide, sed in marmorea salla sculpta erat; et hoc pacto narrationem ordiebatur, Μετ' ἂν ἀνδραγάδας, *Postea strenue agens*. His adjicias a multis tentatam canalis, qui Mediterraneum Rubro mari jungeret, operam, nulli unquam ex voto cessisse. Etenim Herodotus in *Euterpe*, c. 158, ait Necon Ægypti regem, id operis aggressum, cum huic insudantium multa hominum milia lues absumpsisset, rem intermississe. Herodoto suffragantur Diodorus Siculus lib. 1, et Tzetzes Chiliade vii. Aristoteles autem *Meteor.* l. 1, c. 14, narrat Sesostrim priorem id aggressum, et multis post sæculis Darium, cum frustra laborasset, rem infectam reliquisse, ne fluvialibus commistæ maris aquæ Nilum corumperent: peritæque tradit Pi-

nus *Hist. nat.* lib. vi, c. 29. Strabo, lib. xvii, refert Scesostrum, quem Trojano bello antiquiorem narrat (verum refragantibus nuperis chronographis), canalem hujusmodi effodere frustra tentasse, perique exitu Darium: sed postea a Ptolemæis perfectum opus fuisse. At Diodorus unum Philadelphum rem absolvisse dicit: qui tamen canalem quamprimum obstruxit, ταχέως πάλιν συνέκλεισεν. Nam, ut ait Plinius, *Ultra deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne immisso mari corrumpetur aqua Nili, quæ sola potum corrumpatur a mari Ægyptio: quod est triplex; unum a Pelusio, etc.* En totam de tentato hujusmodi canali historiam. Unde inferas canalem nunquam in usu fuisse, nec per illum transmississe copias Evergetem. Restat igitur *δρυχθέντας καταρροῖς*, sive canales fluviorum manu factos, esse Euphratis et Tigridis canales, quorum primigenius alveus a multis regibus mutatus et alio deductus fuerat, teste Plinio aliisque scriptoribus. Truncam et, fracto lapidis angulo, aliquot verbis mutilam priorem inscriptionem esse tum Cosmas indicat, tum ipsum lapidis schema, quod in ære incidi curavimus, exhibet: quare vix conjectari possit, quo Ptolemæus Evergetes copias per canales transmiserit: at quoquo miserit, exploratum sane videtur hic non alios significari canales, quam Tigridis et Euphratis. Cæterum quæ de subactis a se Mesopotamia, Babylonia, Susiana, Perside, Media ac reliquis omnibus ad usque Bactrianam regionibus, magnificè in hac inscriptione narrat Evergetes, non sunt ad litteram accipienda. In hac enim, neque sane diuturna, irruptione, ad summum potuit agros devastare, Seleuci Callinici tunc regnantis vires aliquot secundis præliis frangere: neque tamen penitus debellasse, et memoratas regiones ditioni suæ subjecisse valuit, ut jactabundus indicat.

II. Hunc porro Ptolemæum cognomine Evergetem, Lagidæ nepotem et Philadelphii filium esse ex inscriptione liquet: manifesteque labitur Cosmas (a), qui putat esse Philometorem, aut Evergetem secundum, sive Dionysum, qui ante postremam Cleopatram regnavit. Cui sententiæ ideo accessit quod falso putaret hos tantum post Philadelphum vicesimum septimum regni annum attingisse. Cui opinioni suffragari videtur Eusebius in *Chronico*, ubi Evergetem I vicesimo quarto regni anno defunctum assignat. Verum longe anteponenda eximie inscriptionis auctoritas, quæ anno 27 Ptolemæi Evergetis insculpta fertur: quæque hunc Ptolemæum, Philadelphii filium, Lagidæ nepotem esse testificatur. Itaque hic Ptolemæus vicesimo septimo regni anno inscriptionem posuit: eodemque ipso, ut putatur, e vivis excessit.

III. Varias lectiones ex Vaticano codice notavimus, ac ex eodem Cosmæ scholia ad inscriptionem Ptolemaicam: quæ omnia a

Bigotio prætermissa fuerant. Ubi multa quoque alia, in Bigotianis schedis secus posita, a nobis restituta animadvertas. In enumeratione porro Æthiopicarum gentium, quas debellasse Ptolemæum fert inscriptio, quamplurimas videas eodem haectenus nomine insignitas, ut in notis observavimus. Elsi vero Græci, pro consueto more, omnes diversæ linguæ varique ritus nationes barbaras vocarent, peculiaris tamen Æthiopica gens erat, quæ Barbara, regioque Barbara dicebatur, non ea quæ a Gaditano freto ad Ægyptum usque oram maritimam occupabat, quam hodie Barbariam dicimus; sed quæ ultra fretum Arabici sinus in interiore Æthiopia sita erat, quæ etiam *Λιβανωτοφόρος γῆ*, *Thurifera terra* nuncupabatur. Sub finem inscriptionis in hæc verba, quæ post enumeratas Ptolemæi cum pedestres, tum nauticas expeditiones habentur, *Κατῆλλον εἰς τὴν Ἀδούλην τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἄρει, καὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίασαι ὑπὲρ τῶν πλοιοζομένων*: id est, *Adulem descendi sacrificatum Jovi, Marti et Neptuno pro navigantibus*; sive, *pro peracto felici nauticæ expeditionis successu*, observes velim hic non pro nautica tantum, sed etiam pro pedestribus expeditionibus oblatas hostias fuisse; nam illud, *ὑπὲρ τῶν πλοιοζομένων* ad Neptunum postremo loco memoratum respicit; Jovi autem et Marti pro aliis expeditionis sacrificatum est. Monitum item lectorem velim, ad paginam 132, ubi Cosmas suam in mari Rubro usque ad fretum Arabicum navigationem enarrat (quæ a Bigotio prætermissa fuerat), et Zingium ultra fretum esse memorat, putasse nos *Ζιγγιον* idipsum esse quod Zangui et Zanguebar hodiernum: idque sane verum. Quod autem adjecimus Zanguebar idem esse, atque mare Zangui, non perinde probatur viro quodam doctissimo et amicissimo: qui ex optimis rerum Africanarum monumentis et ex geographo Nubiensi, nomen *Zanguebar*, non ex *Zangi* et *bahar*, *mare Zangi*, sed ex *Zangi* et *bar*, *continens Zangi*, factum putat: nam geographus Nubiensis illam continentem, *el barr* absolute, nonnunquam appellat. Ejus nos sententiæ libenter assentimur.

IV. De Nili vera scaturigine primus scriptorum Cosmas ipsis in locis peregrinatus, conspicue et uti se res habet verba fecit. Cujus originem investigare ita arduum antiquis visum est, ut in proverbium cederet, *Nili caput querere*, de iis loquendo, qui rem humanas vires excedentem aggredierentur. Et ad usque nostram pene ætatem res in incerto mansit, donec RR. PP. Jesuitæ peragratis Evangelii causa Æthiopiæ partibus, et situs et nomina locorum, ubi Nili fontes exstarent, aperuerunt. In regione igitur Agau, ut Cosmas multis retro sæculis narraverat, et nuperi Jesuitæ testificantur, Nili caput habetur. Ea autem regio in regno Goiamî Habyssinorum ditionis sita est.

V. De India præclare agit Cosmas noster plerisque in locis, quorum aliquot prætermissa a Cl. V. Bigotio fuere: non enim omnia

(a) P. 146.

exhibere potuit, qui ἀποπλάσματα cursim hinc et inde exseripsit. Ait igitur Cosmas Sinam, unde sericum advehebatur, in extrema orientis ora ad orientalem Oceanum sitam esse: tantumdemque circiter navigationis esse a capite Persici sinus ad insulam Sieledivam (Ceylan), quantum a Sielediva ad Sinam. Sieledivam insulam accurate describit, in duoque regna distributam esse ait: quorum aliud ab Hyacintho perinsigni, qui ibi quodam in delubro edito in loco servabatur, Hyacinthi regnum vocabatur; aliud vero reliquam insule partem obtinebat. Eandem insulam Seledivam, sive Sieledivam, nam utroque modo legitur, esse quam Taprobanam non uno loco ait Cosmas noster, cui suffragantur plerique geographi veteres et recentiorum maxima pars: neque posse puto id in dubium vocari. Trecentorum milliarium insulæ circuitum esse dicit: hodierni geographi ducenta tantum millia ambitus insulæ ascribunt: verum ut plerisque in locis observavimus, et a doctis viris antea notatum, breviora millia veteres numerabant, quam recentiores. Cætera ad eam insulam spectantia, tute lector erudite, in hoc opere nec sine voluptate percurras. Regiones inter Sieledivam et Sinam positas recenset Cosmas, videlicet Marallo cochleis abundans; Caber ubi alabandenum reperitur, et aliam regionem unde caryophyllum advehebatur. Caryophyllum autem, non id quod nomen sonat hic significat, scilicet, *nucis folium*. Nam misso Plinii loco, et Julii Scaligeri explicatione circa caryophylli significatum; quia hæc vetustiora tempora spectant; ævo Cosmæ, imo etiam Pauli Æginetæ, Cosma antiquioris, caryophyllum id ipsum erat quod clavus ille odoriferus, quem nos dicimus, *clou de girofle*. Nam ex caryophyllo, Itali *garofolo*, indeque nos *girofle*, confecimus. Qua de re vide Gorrhæum, et Robertum Stephanum in Thesaurio.

In altera Indiæ ora, quam hodie Malabaricam dicimus, hæc urbes et emporia celebriora erant, Sindu, Orrhotha, Calliana; eadem, ut videtur, quam hodie Calicutum vocamus; Sabor, et Male, quinque emporia habens, Parti, Mangaruth, Salopatana, Nalopatana, et Pudapatana. Ex Male haud dubie, Malabar factum est. Nam *Male barr*, *continens Male* significat: atque πρὸς ἀντιδιαστολὴν insularum illa series Malabaricæ oræ e regione posita, *Maldivæ*, id est, insulæ Malæ, appellatur. In septentrionali vero Indiæ plaga populosissimum Hunnorum, ita scilicet Cosmas nuncupat, regnum erat, quorum rex, Gollas dictus, elephantos bis mille, equitatumque multum ad bellum educebat. Is cum Indorum urbem aquis circumfusam obsideret, diuturno elephantorum equorumque haustu arefacto solo, urbem cepit. Quæ res haud incredibilis fortasse videatur iis, qui apud Herodotum, haustu infinitæ prope multitudinis quam opprimendæ Græciæ Xerxes eduxerat, exsiccatos fluvios legerint. Ab his porro Hunnis originem ducebant Hunni illi, qui multis sæculis Europam tum justis expeditionibus, tum excursionibus depopulati sunt, quorum sedes Bactris finitimæ. Erantque Hunni gens Scy-

thica, qui nonnunquam Massagetæ, aliquando Magiæres, interdum Abares et aliis nominibus appellantur. Cætera quæ ad Indica et Æthiopica animalia, et ad earum regionum plantas et arbores pertinent, descripta habes in tabula IV, cum adjunctis explicationibus. Is enim Cosmæ mos fuit, ut memorabilium rerum, quas tractabat, formam depingeret.

VI. Jam vero restat ut de statu Christianismi in India, qualem variis in locis describit rerum peritus et plerumque oculatus testis Cosmas, verba faciamus. Omnes quotquot in Perside, India et Arabia Felici Christiani degebant, archiepiscopo Persidis subditi erant, a quo item ordinabantur earum regionum episcopi. In Perside vero prædicationem Evangelii a Thaddæo apostolo factam memorat Huic archiepiscopo sedes erat Babylone: et ipsius Cosmæ ævo, anno circiter 530, quidam Thomas Edessenus ejus amicus et Patritii senis discipulus ad archiepiscopales totius Persidis thronos evectus est. Babylon autem illa longe diversa erat a veteri illa Babylone, ad Euphraten posita; quæ a multis jam sæculis solo æquata ac deleta fuerat. Sed hæc Babylon eadem erat atque Seleucia ad Tigrim sita, et caput regni Persarum, quam Arabes *Madayeno Cosra*, *Urbem Cosroes*, vocant. Nicæni canones Arabici, qui pro supposititiis habendi, hujusce archiepiscopi sive Catholici mentionem habent. Vide *Conc. Labbe* t. II, p. 301. P. vero 328 legitur: *Dominus Seleuciæ, quæ est Almadaion* (scribe, *Almadaion*), *honoretur super omnes metropolitanos Romanorum: siquidem habetur loco patriarchæ in Oriente*. Sub hæc autem, dirutis in Saracenorum irruptione Cosroes urbibus, patriarcha sive Catholicus Seleuciensis in urbem Mausel haud procul a veteri Ninive structam receptum habuit. Archiepiscopus Persidis, in Callianam, quam hodiernum Calecutum esse arbitramur, episcopum ab se ordinatum mittere solebat. In Male supra memorato emporio, aderat Christianorum ecclesia; similiterque in Sielediva insula ecclesia Christianorum, cum presbytero et diacono in Perside ordinatis, ac reliquo ecclesiastico ministerio. Item apud Bactros, Hunnos, de quibus supra, reliquos Indos, Persarum, Medos, Elamitas, atque in tota Persidis regione ecclesiæ infinitæ erant, episcopi Christianique populi magno numero, martyres multi, monachi, hesychastæ. Similiterque in insula que Dioscoridis vocabatur, nunc Zocotora vitiatò nomine, in mari Indico sita, cujus incolæ, ait ille, a Ptolemæis eo missi coloni, Græce loquebantur; clerici erant ex Perside eodem missi, atque ecclesia Christianorum, qui ibidem magno numero versabantur. Hæc omnia a cl. Bigotio prætermissa refert Cosmas, eo lectori jucundiora, quod a nemine fortasse ita minutatim memorata sint. Persidis autem archiepiscopus Nestorianus erat, ut alii omnes episcopi et presbyteri eidem subditi.

CAPUT IV.

MISCELLANEA RERUM MEMORABILIMUM APUD COSMAM.

I. *Veterum loca*. II. *Romanorum numismata ubique terrarum*. III. *Hieroglyphica quid.*

IV. *Litteræ quando inventæ. V. Mithræ cultus apud Persas.*

I. Veterum scriptorum loca subinde affert Cosmas : in his Ephori Aristoteli æqualis qui triginta historiæ libros conscripserat : ex quarto autem historiæ libro excerptum affert scriptor noster (a) ; ubi videas quæ fuerit antiquorum opinio de situ orbis, deque nationibus extrema terræ incolentibus. Putabant igitur illi ultimam orientis oram Indos occupare ; occidentis Celtas, septentrionis Scythas, meridiei Æthiops. Verum orientale et occidentale latus longe strictius septentrionali et australi, ita ut hæc postrema latera duplo majus spatium obtinerent. Quæ incidunt in Cosmæ opinionem de figura terræ, uti superius explicavimus. Alia autem quæ de veteribus Pythea Massiliensi, Xenophane et cæteris usurpat, tute, lector erudite, passim observes.

II. Ait Cosmas Romanorum numismata et monetas ubique locorum ad commercium usurpari. *Cum ipsorum numismate*, sic ille (b), *omnes gentes commercium exercent : et in quovis loco ab extremis terræ usque ad oppositos fines, illud admittitur : mirantibus talem monetam cunctis hominibus atque regnis : quia in aliis quibuscumque regnis similis non compareret.*

III. Notat ille hieroglyphica Ægyptiaca, non litteras, sed rerum symbola esse : quæ quidem, ut puto, verior est opinio. Nam ut in obeliscis, qui adhuc Romæ supersunt, deprehendas, hieroglyphicæ illæ litteræ, quæ magno numero in quadrum digestæ videntur, eadem prorsus cum quadam concinnitate et elegantia inferius repetuntur bis, ter, quaterve : quod nequaquam præstitisset si quis sermonem vel narrationem quamdam una serie instituisset. Quamobrem quæ apud Ammianum Marcellinum fertur hieroglyphorum obelisci Romani explicatio, a quodam Hermapione concinnata, pro commentitia a viris doctis habetur : neque magis Athanasio Kirkeri creditur, qui repudiata Hermapionis interpretatione, longissime diversam ipse nulla fultus auctoritate adornavit. Litterarum igitur usum, a legislatore Moyse, qui in monte Sina a Deo litteris institutus fuerat, primum in orbem invectum esse, post multos alios arbitratu Cosmas.

IV. Verum non animadvertit ille Scripturam sacram opinioni suæ manifeste refragari : siquidem antequam Lex in monte Sina daretur, post partem de Amalecitis victoriam, jubetur Moyses id litteris consignare (*Exod. xvii, 14*) : *Dixit autem Dominus ad Moysen : Scribe hoc ob monumentum in libro, et trade auribus Josue : delebo enim memoriam Amalec sub celo.* Unde pateat jam tunc temporis litterarum usum in orbem invectum fuisse. Memoratu porro digna sunt quæ sub hæc enarrantur. *Cum autem, sic ille (Hebræi), scriptam a Deo legem accepissent, ibi primum litteras edidicerunt : ac solitudine ceu quieto quodam litterario ludo usus Deus, ipsos totis quadraginta annis exarandis litte-*

(a) P. 148.

(b) P. 148.

ris exerceri sivit. Quamobrem in deserto Sinai montis, inque omnibus Hebræorum mansionibus videre est lapides omnes ex montibus delapsos, litteris Hebraicis inscriptos, ut ego qui istac iter habui testificor. Quas inscriptiones Judæi quidam, qui ipsas legerant, narrabant nobis ita habere : Profectio talis, ex tribu tali, anno tali, mense tali ; ut plerumque multi nostro ævo in diversoriis scribere solent. Illi vero, utpote qui nuper litteras edidicissent, frequentius scribebant, et litteras multiplicabant, ita ut isthæc omnia loca litteris Hebraicis insculptis plena sint : quæ, ut quidem æstimo, incredulorum causa hactenus servantur. Cuius porro licet adire loca et isthæc inspicere, vel alios sciscitari, ut ediscat nos vera narrare. Cum ergo primum Hebræi a Deo per illas scripto traditas tabulas litteris instituti et eruditi fuissent per moras illas quadraginta annorum in deserto, vicinis suis Phœnicibus ipsas tradiderunt, quo tempore primum Tyriis regnabat Cadmus : ex quo Græci litteras acceperunt, quæ inde ad omnes gentes emanarunt. Quæ de visis ab se inscriptionibus hujusmodi refert Cosmas, a nemine puto in dubium vocanda : nam fide dignus ac sincerus scriptor est, si quis alius. An vero inscriptiones illæ veterum Hebræorum in deserto aberrantium fuerint, id sagaci lectori æstimandum mittimus : nos sane Cosmæ Hebræorum mendacio deceptum probabilius existimamus.

V. Ex aliorum narratu ait, apud Persas ad suum usque tempus celebritatem Mithræ, sive solis, quotannis peragi, in memoriam signi sub Ezechia rege editi : cum in extremis agens impetratæ valetudinis indicium accepit, solis videlicet retrogressionem. Solem autem Mithram apud Persas dictum, ab iisdem pro numine et deo cultum fuisse plerique tradunt : ac, etsi quidam nuperus scriptor id in dubium vocare videatur, non puto posse rem tot testatam auctoribus in controversiam adduci.

CAPUT V.

DE REBUS SCRIPTURAM SACRAM ET ECCLESIAM SPECTANTIBUS.

I. *Singulare quiddam de LXX Interpretum historia.* II. *De loco transitus Israelitarum per mare Rubrum.* III. *De vestimentis Hebræorum in deserto.* IV. *De paradiso terrestri.* V. *De Epist. ad Hebræos.* VI. *Nym animæ circumscriptæ sint.* VII. *De die Natali Domini.* VIII. *Ritus baptismi.* IX. *Oratio pro defunctis.* X. *De Epistolis catholicis.*

I. Mirum quod narrat Cosmas (c) de Septuaginta Interpretum historia. Deinde, sic ille, *Ptolemæus, cognomine Philadelphus, cum de Judaicis libris curiose a Tryphone Phalero sciscitatus, rei veritatem edidicisset, illos studiose perquisivit : missis ad Eleazæ-*

(c) P. 544.

rum sacerdotem et ad templum donis quam plurimis, etc. Ubi vides loco Demetrii, Tryphonem, nulla vocis affinitate jacere. Licet autem vix in mentem subeat qua ratione poterit Demetrius in Tryphonem mutari, quia tamen Aristæas, Philo, Josephus, et alii bene multi Demetrium constanter exprimunt, credere malim esse Cosmæ nostri μημονικὸν ἀμάσημα.

II. De loco ubi Israelitæ mare Rubrum sicco pede traiecerunt, hæc habet Cosmas: *Est autem locus ille in Clysmate, ut vocant, in dextera abeuntium ad montem. Ubi etiam vestigia rotarum curruum visuntur, et usque ad mare longo tractu apparent, ad hoc usque tempus servata ad signum infidelibus non vero fidelibus.* De vestigiis curruum ævo Cosmæ manentibus, agit item Paulus Orosius; de loco vero transitus paria tradit Philostorgius in excerptis Photii l. III, c. 6: Ἡ μὲν τοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλείστον μηχανομένη εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπὶ Ἀγύπτου χωρεῖ Κλύσμα, καθ' ὃ τελευταῖα τὸ ἐπάνουμον φέρων δι' οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ τὸ βέλθρον διεπαραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιστίνην ἔρχεται κατὰ πόλιν Ἀϊλὰ ἐκ παλαιῶν καλουμένην· id est, *Rubrum quidem mare in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur: quorum alius versus Ægyptum tendit, a Clysmate, quo loco desinit, cognominatus: quo olim Israelitæ fugientes Ægypti, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars ad Palestinam vergit, ad urbem, quæ a prisca temporibus Aila vocatur. Clysmata autem ab Athanasio in Arabia esse dicitur, juxta Arabium scilicet montem, quo olim Philo episcopus Ægyptius pro fide catholica in exilium a Constantio actus est. Licet enim Clysmata ad oram maris versus Ægyptum jaceret, a multis tamen in Arabia, et habitatores ejus Arabes, censebantur. Nam Ægyptii vocabantur ii tantum, qui Nili utrumque latus, ad certum tamen hinc et inde spatium, occupabant. Quod ait Philostorgius Rubrum mare a septentrionali parte duos in sinus desinere, id asserunt hodierni geographi, et ex frequenti Europæorum aditu comprobatur. Urbs autem Aila, ad alterius sinus oram posita, a Cosma Ægyptio secundum Vaticanum codicem Ἐλὰ dicitur; secundum Laurentianum autem Ἀηλὰ vocatur. De Clysmate et Ela hæc habet Jacobus Golius in notis ad Alferganum, p. 144: *Colzuma, oppidulum in littore Ægypti, commune olim hujus et Syriæ præsidium. Quod haud aliud videtur esse, quam Clysmata Ptolemæi, uti situs utriusque, et vocis et significationis convenientia arguit. Hinc mare Rubrum, Bahar el Colzum, dictum; peculiariter quidem infima sui parte; sed quoque universum... In geminum illic terminatur sinum; occidentalem Colzuma insignem; orientalem Elana. Altera autem maris ora, ad quam sicco pede appulerunt Israelitæ, Cosmæ ævo Phœnicem dicebatur (a); videlicet a palmis, quibus consitus locus erat. Elim item locus in deserto,**

Raithu vocabatur, ubi suo tempore duodecim illos fontes a Scriptura memoratos adessa testificatur Cosmas: *Raphidin vero alteram Hebræorum mansionem, Pharaon ævo suo dici enarrat idem.*

III. In hunc *Deuteronomii* locum **xxix, 5: Deduxit vos quadraginta annis in deserto: vestimenta vestra non vetustate consumpta sunt, et calceamenta vestra non detrita sunt a pedibus vestris, hanc, neque sane abs re, interpretationem offert Cosmas: *Neque enim, ut quidam portentorum fabulatores, maxime qui ex circumcissione sunt, arbitrantur, vestimenta et calceamenta eorum non detrita sunt, etiamsi Moyses ita loqui videatur; sed ait, nihil ipsis in solitudine defuisse, quia mercatores frequenter ipsis necessaria subministrabant. Alias enim dicant, quæso, qui potuissent infantes in deserto nati, paternis vestimentis et calceamentis uti, in tanto statura discrimine? Qui panes propositionis quotidie recentes conficere jussi fuissent, nisi ipsis mercatores frumentum adrecessissent? etc.*, quæ sane a verisimili non abhorrere nemo non fateatur: et hæc item fuisse videtur *Aben-Ezræ* sententia. Attamen concors pene omnium opinio est, non sine miraculo Hebræorum vestimenta in deserto illæsa, et non detrita, per annos quadraginta mansisse. Atque huic standum opinioni putamus.**

IV. Quoad paradisi voluptatis situm, veterum narrationi Cosmas paria tradit. Nam cum, ut supra diximus, terram putet ille quadram et oblongam esse, Oceanum undique circumfusam; ultra Oceanum alteram terram comminiscitur, quæ totum Oceanum undequaque ambiat, quæque ab extremis sui partibus cælo jungatur. In hac vero extrema terra paradisi voluptatis situm fuisse putat. Quatuor autem fluvios ex paradiso subterraneis meatibus Oceani spatia decurrentes, ad nostram terram permeare, et ubi fluviorum scaturigines habentur ex terræ penetralibus emergere, Gehon videlicet, quem esse Nilum æstimat, in Æthiopia; Tigrim et Euphraten, in Persarmenia; Phison, quem esse Gangem arbitrat, in India. Huic penes similia tradunt Philostorgius l. III, c. 10, et Theodoretus in *Genesis*, qui perinde quatuor paradisi fluvios ingenti spatio sub terra meantes, ad loca denique scaturiginum deportari narrant, et foras erumpere.

V. Ait (b) Hebræis Paulum Hebraice scripsisse: Epistolam autem ejus in Græcæ linguam translata fuisse vel a Luca vel a Clemente; similiterque Evangelium secundum Matthæum.

VI. Animas hominum circumscriptas esse pugnacissime defendit. Verum si argumenta perpendas quibus eam sententiam asserere nititur, id unum Cosmas vult comprobare, animas scilicet hominum vere in loco esse; ita ut, v. g., anima cujuspiam hominis in hoc conclavi vere existat, nec extra reperitur: neque ita vult animam in loco degere, ut pars parti respondeat; quod ta-

(a) P. 195.

(b) P. 255.

men necesse foret ut anima vere circumscripti diceretur. Atque ita planum videtur inter Cosmam et adversarios, in quos ille tamen acriter invehitur, de solo nomine questionem esse.

VII. Observatu porro digna sunt quæ de Natalis Domini die habet Cosmas; nam de ritu Ægyptiorum et Hierosolymitanorum talia satur: *Cum Zacharias decima septimi mensis ingressus esset in templum, secundum legis traditionem, ac nuntium accepisset de Joanne sibi ex Elizabeth nascituro, sexto illius mense Virgo quoque nuntium accepit; ita ut tunc primi mensis initium esset. Nam cum decima septimi mensis Zacharias nuntium accepit, et eodem mense Elizabeth conceperit, palam sane est sex anni menses tunc præterisse, ac sex reliquos fuisse, exceptis decem illis diebus; vel fortasse duobus aliis, aut tribus, aut septem, donec Zacharias abiret domum, ita ut dies superessent 168, aut 167, aut 163. Initium itaque conceptionis Domini, id est, initium primi mensis, sextus mensis Elisabethæ erat secundum Evangelicorum traditionem: nam hunc ordinem Deus semper servavit et servat. Hinc veroliquet, quod omnes ortum Christi nono deperso mense a primi mensis initio celebremus, id est, Choiaç 28; Hierosolymitani vero quasi ex B. Lucæ auctoritate, qui ait Christum baptizatum fuisse incipientem quasi annorum triginta, in die Epiphaniæ Natalem celebrant. Et vere quidem tam Lucas, quam Hierosolymitani supputant: at accurata ratio non sic habet: sed tamen in ipso ortu die baptisma contigit, ut aiunt Lucas et Hierosolymitani. Verum Ecclesia ab antiquis temporibus, ne duas illas solemnitates eo ipso die celebrans, alterutrius oblivionem induceret, præcepit, ut, secundum numerum apostolorum, duodecim dies intercederent, atque tunc Epiphaniæ solemnitas celebraretur: quemadmodum etiam quadraginta dierum jejunium Domini, quod ante pugnam cum diabolo initam persolvit, resurrectione Domini claudi jussit; ut et nos secundum exemplar pro facultate pugnantes, et Christum imitantes, excipiamus passionem et resurrectionem Domini, etiamsi non eisdem diebus contigerit. Simili itaque modo Epiphaniæ Domini nostri Jesu jussit post duodecim a Natali ejus dies celebrari. Soli autem Hierosolymitani ex conjectura probabilis, nec tamen ex accurata ratione, in Epiphaniis Natale agunt; in die autem Natali memoriam celebrant Davidis et Jacobi apostoli: non quod ambo eadem ipso die mortui sint, sed, ut arbitror, ne ipsi extra festum cognatorum Christi neglecti maneant, eorum memoriam omnes colunt.*

Quod habet Cosmas, Zachariam Joannis patrem, decima septimi mensis in templum ingressum esse, in epistolis Cyrilli Hierosolymitani ad Julium papam, et in ἀποκάλυξιν Julii, ad eundem prorsus modum enarratur: unde fortasse Cosmas hanc opinionem mutuatus est. Illæ vero mutæ Cyrilli et Julii epistolæ in epist. Joannis archidiepsi Nicæni ad

Zachariam Catholicum Armeniæ afferuntur. Ubi videas Natalem Domini diem, ad vicesimam quintam Decembris a Julio papa celebrandam edici. Cujus calculi rationem ex libro quodam Josephi Historiæ scriptoris, Romæ, ut dicitur ibidem, deprehensi, peti et usurpanti animadvertas. Hæc porro Josephi verba in testimonium afferuntur, Ὅτι ἐν μηνὶ τῷ ζ', ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Ἰλασμῶ, ὤφθη ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ. Καὶ κωφεροῦς ὁ ἱερεὺς: id est, mense septimo, in festo Scenopegiae, die propitiationis, visus est angelus Dei. Et mutus factus sacerdos, etc. Sub hæc autem Joannes Nicænus Julium inducit Hebræorum menses cum Romanis conferentem. Quia vero edita computatione, Annuntiationem et Incarnationem, utpote sexto prægnantis Elisabethæ mense factam, in Hebræorum mensem Nisan cadere comperit; hinc colligit natum Christum esse 28 mensis Choiaç, sive 25 Decembris. Vide Combefis. *Hist. Monothelitarum*, p. 298. Veteres tamen Ægyptii, et Orientales omnes, ut concurs universorum sententia est, pari ritu Epiphaniæ Natalisque Domini festum 6 Januarii celebrabant: ac versus quarti sæculi medium invecata iisdem in regionibus consuetudo fuit, ut vicesima quinta Decembris Natalem diem agerent, unde Athanasius ad 25 Decembris ortum Christi consignat supra, p. 26. Verum priscam illam consuetudinem ad ætatem usque suam in Ecclesia Hierosolymitana obtinere testis est Cosmas: aliis ritum posterius inductum servantibus. Idipsum vero confirmat Joannes Nicænus, dum ait, asseverare Hierosolymitanos, Jacobum fratrem Domini primum Hierosolymorum episcopum, ad Natalem Christi diem celebrandam, Januarii sextam diem assignavisse. Cosmas vero priscum Ægyptiorum ritum, quo non 25 Decembris, sed Januarii 6 Natalem celebrabant, vel prorsus ignoravit, vel consulto tacuit. Tametsi, ut supra dictum est, Orientales ad usque medium sæculi iv ritum celebrandi 25 Decembris ne noverant quidem, ut videre est in sermone Gregorii Nyseni de die Natali, *Nunc per totum orbem habitatum, inquit, diem festum celebrantium concursus sonus auditur; nunc scilicet, non antea. In oratione autem de Natali Domini tom. V Operum Chrysostomi, quam putant nonnulli ab eo adhuc presbytero Antiochiæ pronuntiatam, dicitur, a paucis annis Natalis Domini festum in Orientalium notitiam venisse, atque ab Occidentalibus in Orientem advectum fuisse. Apud Occidentales vero non nisi post Epiphaniæ solemnitatem, Natalis festum institutum fuerat: indeque erat, quod in Occidente et in urbe Roma Natali potior Epiphania haberetur, ut legitur in veteri Ordine Romano, *Nec hoc prætereundum est, quod secunda Nativitas Christi* (quo intelligitur Epiphania), *tot illustrata mysteriis, honoratior sit, quam prima, videlicet Natalis: quod item ad verbum legitur in libro De divinis Officiis, cap. de Baptismo Domini, qui Alcuino quidem ascribitur, sed non nisi post decimum sæculum editus putatur. Nec prætereundum est Cosmam, dum ait, Ex traditione divini legis, Moysis legem indi-**

care; putareque Zachariam, in die propitiationis, in sanctuarium ingressum esse, ut in lege præcipitur. In lege porro id muneris uni summo pontifici ascribitur: quo videas eam Cosmæ opinionem esse, Zachariam nimirum Joannis patrem fuisse summum pontificem. Neque mirum est ea fuisse sententia Cosmæ, quando id ipsum, etsi falsum, a multis antiquorum creditum est. Sic Chrysostomus eodem de Natali Domini sermone, Zachariam pro summo pontifice habens, in sanctuarium in festo Tabernaculorum ingressum illum esse colligit; sive potius in die Propitiationis, quæ & tantum diebus festum Tabernaculorum antevertit: qua die soli summo pontifici hanc peragere functionem licebat. Hinc forte Cosmas quæ de Zacharia tradit mutuatus est. Cæterum hic Chrysostomi sermo a nonnullis doctis viris in suspitionem *vobæiæ*; vocatur: ut ut vero sit, antiquissimum, et nondum elapso sæculo v conscriptum opusculum fuisse exploratum est: indeque potuit Cosmas ea quæ de Zacharia tradidit expiscari. Quod ad epistolas vero Julii papæ et Cyrilli Jerosolymitani, quæ, uti supra dictum est, a Joanne Nicæno afferuntur, monere ne pigeat, vulgo illas pro supposititiis nec injuria haberi.

VIII. Quisquis baptizabatur (a), de sancta Trinitate deque resurrectione carnis, confessionem edebat, qui mos perantiquus erat, ac etiam sancti Athanasii ævo vulgo receptus.

IX. In sacra liturgia sacerdotes non pro vivis modo, sed etiam pro defunctis precabantur hoc pacto: *Animæ hujus, Domine, requiem concede: resuscitans quoque carnem ejus, qua die decrevisti secundum veras tuas promissiones.* Idque, ut ex Cosmæ (b) serie deprehenditur pro defunctis quibusdam nominatim recensitis, quorum cognati munera sacerdoti offerebant.

X. Non perinde probandum quod de catholicis Epistolis habet Cosmas: *Silentio autem mittimus*, sic ille, *catholicas Epistolas jam inde a priscais temporibus inter dubias ab Ecclesia reponi. Certe nemo ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, catholicarum Epistolarum aliquam rationem habuit. Quinetiam quotquot librorum, qui in divina Scriptura locum habent, canonem texuerunt, illas inter dubia locarunt; nimirum Irenæus Lugdunensis episcopus, vir illustris et spectatissima vitæ, qui haud diu post apostolos vixit; Eusebius Pamphili, Athanasius Alexandrinus episcopus, et Amphiloehius Iconii episcopus, amicus et familiaris B. Basilii in Iambis suis ad Seleucum scriptis, dubias illas pronuntiarunt. Similiterque Severianus episcopus Gabalorum in libro contra Judæos illas proscripsit. Nam plerique aiunt eas non apostolorum, sed aliorum quorundam presbyterorum simplicium esse. Quare Eusebius Pamphili in Ecclesiastica Historiâ dicit, duo sepulcra Ephesi esse, aliud Joannis evangelistæ, aliud Joannis presbyteri, qui duas catholicarum Epistolarum scripsit, secundam et tertiam; in quibus inscriptio sic habet, Presbyter Electæ Dominæ; et, Presbyter Gaio dilecto.*

(a) P. 208.

*Etenim nonnisi primam Petri et primam Joannis, ipse, ut et Irenæus ait, apostolorum esse; alii vero non apostolorum, sed presbyterorum. Nam prima, secunda et tertia Joannis inscribuntur; quasi manifestum sit tres illas ejusdem personæ esse. Alii vero cum his duabus etiam Jacobi Epistolam admittunt, alii universas recipiunt. Apud Syros autem nonnisi tres prædictæ reperiuntur; videlicet Jacobi, Petri, Joannis: aliæ quippe penes illos ne quidem habentur. Hic sane Cosmas non accurate rem agit. Nani quod ait, Epistolas catholicas nullis veterum commentariis illustratas fuisse, id perperam dicitur: Didymus enim Alexandrinus integros in septem illas Epistolas commentarios edidit, teste Hieronymo. Quod si illæ non tanta commentariis frequentia illustratæ sunt, quanta alii multi Scripturarum libri; id etiam de multis aliis, et quidem indubitatis, Scripturæ sacræ libris dici potuit. De Irenæi quidem canone Scripturarum, si quidem illum unquam edidit, nihil superest. Quod ad Athanasii vero canonem, miror Cosmæ, qui epistolas ejusdem Festales perlegerat, quarum fragmenta multa libro decimo affert, non advertisse canonem Scripturarum in tricesima nona haberi, ubi Epistolæ septem catholicæ inter Scripturæ sacræ libros, et quidem nulli suspitioni obnoxios recensentur. Quod adjicit autem septem Epistolas ab omnibus Ecclesiis non admitti, nihil earum *γρηγορέως* officit. Nam fatemur quidem de quibusdam dubitatum esse in aliquot Ecclesiis, ut etiam de nonnullis aliis Scripturæ libris; at demum omnes communi Ecclesiæ calculo admissæ et in canone repositæ fuere.*

CAPUT VI.

DE EPISTOLIS FESTALIBUS ATHANASII, ET ALIIS VETERUM PATRUM FRAGMENTIS, QUÆ IN DECIMO COSMÆ LIBRO EXSTANT.

I. De epistolis Festalibus Athanasii. II. Cur Paschales dictæ. III. De aliis sanctorum PP. locis a Cosma allatis.

I. Epistolas Festales Athanasii, quarum fragmenta aliquot supersunt, magno olim numero fuisse planum est, quando ex Quadragesima quinta excerpta quædam Cosmas affert. In Vita vero S. Athanasii a Coptis Arabico adornata, cujus versionem Latine in nupera Athanasii editione attulimus, ad quadragesima octo numerantur. Ex conjectura porro diximus scriptas illas et missas ad populum Alexandrinum fuisse, cum Athanasius in deserto latens, metu Constantii, ageret: neque enim epistolæ nomen præsentis viri sermoni aut hominibus aptari posse videtur. Attamen epistolæ Festales Theophili Alexandrini et Cyrilli successoris ejus, ab ipsis præsentibus et populo concionantibus recitatæ fuisse putantur, ut semper eadem difficultas supersit, cur scilicet præsentium hominibus et conciones, epistolarum nomen obtineant.

II. Eadem autem epistolæ Festales, a quibusdam Paschales item dicuntur, quia in diebus maxime paschalibus populo recita-

(b) P. 209.

bantur. Nec modo illas, quæ in ipsis Paschatis solemnitatibus, sed etiam eas, quæ per Quadragesimam, dum Christiani populi jejuniis, vigiliis aliisque bonis operibus, sese ad sanctum Pascha rite celebrandum componerent, Paschaliū sive Festalium nomine insignitas reperias. Sic epistola Festalis Athanasii, quæ apud Cosmam vigesima octava notatur, in die Palmarum imminente paschali solemnitate dicta deprehenditur.

Ex undecim autem Athanasii epistolis Festalibus fragmenta excerpit Cosmas, nimirum ex secunda, quinta, sexta, vigesima secunda, vigesima quarta, vigesima octava, vigesima nona, quadragesima, quadragesima secunda, quadragesima tertia, quadragesima quinta.

III. Post illa epistolarum Festalium Athanasii excerpta, Gregorii Nazianzeni pauca afferuntur. Deinde excerpta ex epistolis Festalibus Theophili Alexandrini, Severiani episcopi Gabalorum ex homiliis in Hexaemeron, quæ in editione Saviliana Chrysostomi nomine circumferuntur, Epiphani, Joannis Chrysostomi, Philonis Carpathii ex commen-

tariis in *Cantica* : ejusdem ex commentariis in Hexaemeron, quod opus interit. Theodosii Alexandrini, qui tempore Cosmæ episcopatum tenuit, tum ejus successoris Timothei junioris, qui, ut ex fragmentis liquet, elegantia et dicendi copia pollebat. De duobus autem postremis loquens, Ecclesiarum Alexandrinarum, in quibus concionati erant, nomina recenset. Erant autem illæ, ea quæ Magna Ecclesia dicebatur, τὸ ἱερόν, sive *templum*, ecclesia S. Serapammonis, qui sub Constantio ab Arianis necatus est, ecclesia S. Theodori, ecclesia Quirini, ecclesia S. Victoris. Hæc de Cosmæ *Topographia* dicta sunt. Verum antequam hanc præfationem claudamus, præstitam nobis in his creuitis ab Antonio Salvinio Florentino operam commemorare jubet animus : qui vir eruditione præstans, et in Græcæ linguæ peritia cum primis numerandus, in exscribendo Cosma solidos mecum dies insumpsit : nec modo semper reganti adfuit, sed optata sæpe mea officio suo antevertit : dignus sane cui lector benevolus promeritas mecum grates rependat.

INDEX LIBRORUM COSMÆ.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Α΄.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Β΄.

Χριστιανική τοπογραφία περιεχτική παντός τού κόσμου, ἀποδείξεις ἔχουσα ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ ἧς ἀμφισβητεῖν Χριστιανός οὐ δύει.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΛΟΓΟΣ Α΄.

Ἐπὶ τοῖς Χριστιανίζουσιν μὴν ἐθέλοντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν νομίζοντας καὶ δοξάζοντας.

ΛΟΓΟΣ Β΄.

Ἐπιθεσεις Χριστιανικαὶ περὶ σχημάτων καὶ τοποθεσιῶν παντός τού κόσμου, ἐκ τῆς θείας Γραφῆς τὰς ἀποδείξεις ἔχουσαι.

ΛΟΓΟΣ Γ΄.

Ὅτι βεβαία ἐστὶ καὶ ἀξιοπιστος ἡ θεία Γραφή, καὶ σύμφωνος αὐτῇ ἑαυτῇ καὶ καθ' ἑαυτῇ διηγουμένη Παλαιὰ τε καὶ Καιρὴ Διαθήκη, σημαίνουσα καὶ τὸ χρῆσιμον τῶν σχημάτων τού παντός κόσμου.

ΛΟΓΟΣ Δ΄.

Ἀνεμφαλατῶσι σύντομος καὶ διαγραφή τῶν σχημάτων τού κόσμου κατὰ τὴν θείαν Γραφήν, καὶ τῆς σφαιρῆς ἀνατροπῆς.

ΛΟΓΟΣ Ε΄.

Ἐν ᾧ ἐστὶ τῆς σκηρῆς ἡ διαγραφή, καὶ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἡ συμφωνία.

ΛΟΓΟΣ ΣΤ΄, συνημμένος.

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

ΛΟΓΟΣ Ζ΄.

Περὶ διαμονῆς οὐρανῶν.

PROLOGUS I.

PROLOGUS II.

Topographia Christiana universi mundi, quæ probetur demonstrationibus petitis ex divina Scriptura, de qua Christianis dubitare non licet.

COSMÆ MONACHI LIBER I.

Contra eos qui cum Christiani esse velint, secundum exteros sphericum esse cælum putant et opinantur.

LIBER II.

Hypotheses Christianæ de figura et situ totius mundi, quæ ex divina Scriptura comprobantur.

LIBER III.

Quod divina Scriptura firma et fide digna sit, atque ipsa, nempe Vetus et Novum Testamentum, un concordet, dum figurarum totius mundi utilitatem indicat.

LIBER IV.

Brevis recapitulatio et descriptio figurarum mundi secundum divinam Scripturam, et spheræ consuetudo.

LIBER V.

In quo tabernaculi descriptio continetur, et prophetarum apostolorumque concordia comprobatur.

LIBER VI, superadditus.

De magnitudine solis.

LIBER VII.

De calorum duratione.

LIBER VIII.

In canticum Ezéchiae, et in retrogressionem solis.

LIBER IX.

De astrorum cursu.

LIBER X.

Loca Patrum.

LIBER XI.

Indicorum animalium descriptio, et de insula Taprobana.

LIBER XII.

Alius item liber, declarans multos exterorum veterum scriptorum divinarum Scripturarum per Moysen et prophetas editarum antiquitatem testificari: itemque Græcos omnium postremos litteras edidicisse videri, aliusque defixam circa divinas Scripturas incredulitatem retinere.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ.

Εἰς τὴν ὁδὸν Ἐξέλκον, καὶ εἰς τὸν ἀναποδισμόν τοῦ ἡλίου.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ.

Περὶ δρόμον ἀστέρων.

ΛΟΓΟΣ ΙΕ.

Χρήσεις Πατέρων.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Καταγραφή περὶ ἑσῶν Ἰνδικῶν, καὶ περὶ τῆς Ταπροβάρης νήσου.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Ἐστὶ ἕτερος λόγος σημαίνων ὅτι πολλοὶ τῶν ἔσθων ἀρχαίων συγγραφέων μαρτυροῦσι τῇ ἀρχαϊότητι τῶν θεῶν Γραφῶν τῶν διὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ὕστερον πάντων οἱ Ἕλληες γίνονται μεμαθηκότες γράμματα, καὶ περὶ τῶν θεῶν Γραφῶν ἄβυσσώμενην ἔχοντες τὴν ἀπιστίαν.

Nomina scriptorum qui in hoc opere laudantur, vel quorum fragmenta afferuntur.

Scriptorum indicem multo locupletiores vide apud Fabricium supra col. 23.

ΚΟΣΜΑ

ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΗ ΤΟΠΟΓΡΑΦΙΑ.

COSMÆ

ÆGYPTII MONACHI

CHRISTIANA TOPOGRAPHIA,

SIVE

CHRISTIANORUM OPINIO DE MUNDO.

1-113 Hic liber a nobis nuncupatur *Topographia Christiana*, totum mundum complectens.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius in tribus hypostasibus adorandæ Deitatis, consubstantialis et vitæ principis Trinitatis unius Dei, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum desursum ad nos descendit, balbutientia et tardiloqua labia mea ego peccator et miser aperio, confisus eum, cum obloquelam petentis humilitatem, tum ad utilitatem audientium largiturum esse Spiritum sapientiæ, et sermonem in apertione oris mei, qui gratiæ Dominus, et omnium bonorum promus est, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

Ἄβη ἡ βίβλος *Χριστιανικὴ Τοπογραφία* περιεκτικῆ παντὸς τοῦ κόσμου, παρ' ἡμῶν ὀνομασμένη.

Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ προσκυνητῆς Θεότητος, τῆς ὁμοουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος τοῦ ἐνὸς Θεοῦ, παρ' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθῆ καὶ πλὴν δώρημα τέλειον ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς κάτεισιν, ἀνοίγω τὰ μογιλάλα καὶ βραδύγλωσσα χεῖλη, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ τάλαις ἐγὼ, πεποθῶς ἐπ' αὐτῷ, ὡς διὰ τὴν τῶν ἀτησάντων τὴν λόγον ταπεινώσιν, καὶ τῶν ἀκούοντων ὠφέλειαν, δώσει πνεῦμα σοφίας, καὶ λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ὁ τῆς χάριτος Κύριος, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τιμίος, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός, εὐλογητός εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Α΄.

A

PROLOGUS PRIMUS.

Πρώτον μὲν πάντων παρακαλῶ τοὺς μέλλοντας ἐπιτυχάνειν τῆδε τῆ βίβλου, ἵνα μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας τὴν ἀνάγνωσιν ποιήσωσιν, καὶ μὴ παρέρῳ αὐτὴν διαδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰς ἐγκαιμένας ἱστορίας, μετὰ πάσης σπουδῆς φιλοπόνως ἀπομύζοντο· καὶ μετὰ τὸ τέλος δὲ τῆς βίβλου, ἐγκυφάτωσαν καὶ τῷ τόμῳ τῷ παρ' ἡμῶν γενομένῳ πρὸς τὸν φιλόχριστον Κωνσταντῖνον, ἐν ᾧ περ καταγράφεται πλατυτέρως πᾶσα ἡ γῆ· ἢ τε πέραν τοῦ Ὀκεανοῦ, καὶ αὕτη, καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι, εἰ τε καὶ τὰ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας· ἕως τοῦ νοτιοῦ Ὀκεανοῦ· λέγω δὴ τὸ Νεῖλος· ποταμοῦ, καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι, καὶ τὰ ἔθνη τῆς τοῦ Αἰγύπτου πάσης, καὶ Αἰθιοπίας, εἰ τε καὶ Ἀράβιος κόλπος, καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ὀκεανοῦ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ κόλπου, καὶ αἱ πόλεις καὶ αἱ χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐν αὐτῇ, πρὸς τὸ δεῖξαι τὰ παρ' ἡμῶν μὲν λεγόμενα ἀληθῆ, τὰ δὲ τῶν ἐναντίων ψευδῆ· δι' οὓς καὶ ἡ βίβλος καὶ αἱ καταγραφαὶ γεγόνασιν αἱ ἐγκαιμεναι, περὶ τε μεγέθους ἡλίου λέγω, καὶ τῆς διακεκαυμένης καὶ διασωμένης αὐτῶν ἀοικήτου γῆς, ὡς πλάσματα καὶ μύθους ἐρευγομένους. Ζητησάτωσαν δὲ πάλιν τὸν σκάριον τοῦ παντός, καὶ τῆς ἀστρώσεως κινήσεως, τὸν παρ' ἡμῶν γενομένον κατὰ μίμησιν τῆς ὀργανικῆς τῶν ἔξωθεν σφαιράς, καὶ τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον πρὸς τὸν Θεοφιλέστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλέντα, καὶ ἐγκυφάτωσαν, ὅστις τε σὺν Θεῷ ἰκανὸς ὑπάρχει, μάλιστα σὺν ταύτῃ τῇ βίβλῳ, καὶ τῷ τόμῳ, ἐκ βάρβρων ἀνελεῖν τῶν Ἑλληνικῶν ὑποθέσεων τὴν πλάνην. Ταῦτα γάρ τις τὰ τρία Χριστιανὸς ὑπάρχειν καὶ κτώμενος, καὶ τῇ θεῷ χάριτι περὶ τὴν θείαν Γραφὴν ἐπιμελῶς κινουμένως, βρῆδως ἐλέγχει τῶν μυθολόγων τὴν ἔνοαν. Συνίστησι γὰρ δι' αὐτοῦ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, τὴν θείαν Γραφὴν ἀληθεστάτην οὔσαν καὶ τῶν Χριστιανῶν τὸ κήρυγμα. Ἐβῶσθε, οἱ Χριστιανοί, ἐν Κυρίῳ.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Β΄.

PROLOGUS SECUNDUS.

Χριστιανικὴ τοπογραφία περιεκτικὴ παντός τοῦ κόσμου, ἀποδείξει ἔχουσα ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ ἧς ἀμφισβητεῖν Χριστιανὸς οὐ δύναται.

Πάλαι μὲν ὠκνοῦν ἐπιχειρῆσαι τῇ διηγήσει τῇ παρὰ σοῦ μοι ἐνταλαθίσῃ, ἣ εἰσφέρεται ἡ τοῦ παντός κόσμου σύστασις, ὡ Θεοφιλῆ Θεοφιλέ τε καὶ χριστόφιλα Πάμπριλε. Εἰ γὰρ καὶ ἐβουλόμην, οὐκ ἰδυνάμην, διὰ τὸ, ὡς εἶδα καὶ αὐτός, τῇ πολυχρονίῳ με κατακαίσθαι νόσῳ. Τῶν δὲ πικρῶν σου δεήσεων τὴν νόσον πόρρω ἀπ' ἐμοῦ ποιησαμένων, δέχου λοιπὸν τὸ προοίμιον τῶν ἐν τῇ βίβλῳ κεφαλαίων· τοῦτο μὲν ὡς τὴν ὑπακοὴν πληροῦντί μοι· τοῦτο δὲ ὡς τὴν εὐθύνην ἐπισημένῳ ἐκείνῃ τὴν τοῦ ὀκνηροῦ δοῦλου, ἣν ὁ σωτήριος λόγος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀπεφάνητο. Καὶ μετὰ καταγινώσκω ὡς τοῦ μέρους τὴν σαφῆσαι τῶν λόγων περὶ ὧς πῶς καὶ ἀνομιάλως διεξιόντος· καὶ γὰρ ἐννοεῖν ὀρθῶν, οὐ φράσεων δεῖται ὁ Χριστιανός.

Primo quotquot hunc librum lecturi sunt rogo, ut cum omni attentione et sollicitudine lectionem peragant, neque perfunctorie transcurrant; sed loca, figuras et historias hic enarratas cum studio et labore percipiant: atque absoluta hujus libri lectione, adeant tomum a nobis elaboratum, ac Christi amanti Constantino nuncupatum, ubi universa terra latius descripta est, tam ea quæ ultra Oceanum sita est, quam hæc cum omnibus regionibus; et australes partes ab Alexandria usque ad australem Oceanum: videlicet Nilus fluvius regionesque adjacentes, et populi universæ Ægypti et Æthiopiæ: insuperque sinus Arabicus cum regionibus et populis circumpositis usque ad eundem Oceanum: ad hæc media terra quæ inter fluvium et sinum jacet, cum urbibus, regionibus et populis ipsam incolentibus; idque ad comprobandum vera quidem esse ea, quæ nos referimus; sed falsa proferre adversarios nostros, quorum causa hunc librum et præsentem paragraphos edidimus; nimirum de magnitudine solis, deque terra illa ardere solis adusta et inculta, quam ipsi confitis et fabulosis sermonibus jactitant. Quærant item tabulam et delineationem universi, et astrorum motus, quam nos confecimus ad exemplum organicæ exterorum sphaeræ, atque librum quem ea de re editum a nobis ad religiosissimum diaconum Homologum misimus, evolvant: qui sane, opitulante Deo, maxime cum hoc libro ac cum tomo junctus, erit ad Græcarum hypothesium errorem funditus evertendum satis. Etenim si quis Christianus hæc tria opera nanciscatur, si per Dei gratiam in divina Scriptura probe exercitatus fuerit, perfacile poterit fabulatorum amentiam confutare. Per ipsam enim figuram, et mundi compositionem, ipsamque rerum naturam, constat divinam Scripturam et Christianorum prædicationem verissimam esse. Salvete, Christiani, in Domino.

Topographia Christiana universi mundi, quæ probatur demonstrationibus petitis ex divina Scriptura: de qua Christianos dubitare non licet.

Pigebat quidem olim quam jussisti narrationem aggredi, qua totius mundi compositio describatur, Deo charissime, Dei et Christi amantissime Pamphile. Nam etsi voluissem, per vires non licebat, quod, ut probe nosti, diuturna detineret ægritudine. Cum autem frequentibus tuis precibus morbo sim recreatus, accipe demum capitulum, quæ in libro continentur, proœmium: quod quidem transmitto, tum ad obsequentiam tibi præstandam, tum perterritus illa pigri servi damnatione, quam salutaris sermo in Evangeliiis protulit. Neque me quispianam ut audacem damnet, quod humili et inæquali stylo narrationem instituerim: nam rectis cogitationibus, non phrasibus Christiano est opus.

Siquidem cum multa tela, galeæ, scuta et bella A
 contra Ecclesiam moveantur, nonnulli qui Christiano-
 norum nomine censentur, divinam Scripturam uil-
 lili facientes ac despicientes, perinde atque exteri
 philosophi, cælum sphaerica forma esse opinan-
 tur, solaribus ac lunaribus eclipsibus dece-
 pti. Totum igitur libri argumentum in quinque
 partes congruenter distribui. Primo adversus
 memoratos errores sermo prior instituitur;
 scilicet non debere eum, qui Christianus esse
 115 velit, specioso exterorum errore abduci:
 cum divina Scriptura diversa proponat. Etenim si
 quis illas Græcorum hypotheses explorare voluerit,
 commenta prorsus et fabulosa sophismata, quæ stare
 nequeant, esse deprehendet. Deinde autem ad Chri-
 stiani interrogationem, qui sine dubio dicturus est:
 His sublatis, quænam veræ hypotheses inducendæ?
 secundus liber editus est, qui Christianas hypothe-
 ses, ex Scriptura sacra progressus, enarrat, et to-
 tius mundi figuram describit, declaratque extero-
 rum veterum nonnullos ejus opinionionis fuisse. Hinc
 rursus, ac si quispiam dubitaturus et dicturus sit:
 Unde palam sit Moysen et prophetas hæc dicen-
 tes, vera protulisse? tertius liber quam fide di-
 gni sint Moyses et prophætæ demonstrat, compro-
 batque eos non ex se, sed afflante divina revela-
 tione locutos esse: ac re opereque probatos, eaque
 prospicientes, tum Veteris tum Novæ Scripturæ
 auctores hæc effatos esse: ostenditurque quæ sit
 mundi tabularum et figurarum utilitas, ac qua oc-
 casione exorta sit sphaeræ opinio. Postea rursus
 in eorum gratiam qui mundi figuram perspicere
 cupiunt, quartus liber editus est; nimirum brevis
 recapitulatio ac delineatio eorum quæ prius dicta
 sunt, sphaeræ scilicet et antipodum confutatio.
 Dehinc iterum quintus liber instituitur ejus gratia
 qui Christianas hypotheses quærat: declarans nos
 non figmenta, non novas fabulas a nobis excog-
 itatas scripto consignasse; sed ex revelatione
 et jussu rerum conditoris Dei confectum totius
 mundi exemplar speculatos; videlicet tabernaculu-
 m a Moyse constructum, a Novo pariter Testa-
 mento imago totius mundi vocatum, quod ille velo
 apposito dividens, unum duas in partes distribuit:
 quemadmodum et Deus ab initio regionem unam,
 scilicet a terra usque ad primum cælum, firma-
 mento divisit in duas regiones: ac velut in taber-
 naculo interiori et exteriori; sic ibi superna et in-
 ferna regio est: et inferna quidem hic mundus
 est; superna vero, futurus mundus, quo Dominus
 Christus, postquam secundum carnem ex mortuis
 resurrexisset, primus omnium ascendit, ac justi
 postea ascendent. Et quod ab Adamo usque ad
 Moysen, a Moyse usque ad Joannem, a Joanne
 omnes apostoli et evangelistæ; omnes, inquam,
 una voce, cum verbis, tum figuris, de his duo-
 bus statibus verba fecerint: nullusque eorum va-
 ria protulerit; neque alium ante hunc statum, ne-

(1) Locus perpericus.

νός. Πολλῶν γὰρ βολίδων, καὶ κρανῶν, καὶ ἀσπίδων,
 καὶ πολέμων κινηθέντων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, τινὲς
 Χριστιανίζον νομιζόμενοι καὶ τὴν θείαν Γραφὴν μη-
 δὲν λογιζόμενοι, ἀλλὰ περιφρονούντες καὶ ὑπερφρο-
 νούντες, κατὰ τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους, σφαιρικὸν
 εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ ὑπολαμβάνουσιν, ἐκ τῶν
 ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν ἐκλείψεων πλανιόμενοι. Πά-
 σαν τοίνυν τῆς βίβλου τὴν ὑπέβουν εἰς πέντε μέρη
 ἀρμοδίως διεκλόμην. Πρῶτον πάντων πρὸς τοὺς εἰρη-
 μένους καὶ πλανωμένους ὁ πρῶτος λόγος ἐγένετο, ὡς
 οὐ δυνατὸν τὸν Χριστιανίζον ἐθέλοντα ἀπάγασθαι τῇ
 πιθανῇ πλάνῃ τῶν ἔξωθεν, ἕτερα τῆς θείας Γραφῆς
 ὑποτιθεμένης. Καὶ γὰρ ἐάν τις θελήσειεν βασανίσαι τὰς
 Ἑλληνικὰς ὑποθέσεις, πλάσματα πάντως εὐρήσει καὶ
 μυθώδη σοφίσματα καὶ ἀδύνατα παντελῶς. Ἔττα λοι-
 πὸν πρὸς τὸν αἰτησάμενον Χριστιανὸν ὀφειλοντα λέ-
 γειν· Τούτων ἀναρουμένων, ποίας χρῆ ἀντεισάγειν
 ὑποθέσεις ἀληθεῖς; ὁ δεύτερος λόγος ἐγένετο, ἐξηγου-
 μένος τὰς Χριστιανικὰς ὑποθέσεις ἐκ τῆς θείας Γρα-
 φῆς προερχόμενος, καὶ δηλῶν παντὸς τοῦ κόσμου τὸ
 σχῆμα, καὶ ὅτι τινὲς τῶν ἔξωθεν παλαιῶν τοιαύτης
 δόξης ἐγένοντο. Ἔττα πάλιν ὡσανεὶ τινὸς ἀπορούτος
 καὶ λέγοντος· Πόθεν δὴλον εἰ ἀληθεύει Μωσῆς καὶ
 οἱ προφῆται τοιαῦτα λέγοντες; ὁ τρίτος λόγος, τὸ ἀξιό-
 πιστον ἀποδείκνυσι Μωσῆως καὶ τῶν προφητῶν, καὶ
 ὅτι οὐκ ἀγ' ἐαυτῶν ἐλάλησαν, ἀλλ' ἐκ θείας ἀποκαλύ-
 ψεως ἐμπνευσθέντες, καὶ δοκιμασθέντες ἔργῳ καὶ
 πράγματι, προεωρήσαντες αὐτὰ οὕτως ἐξείπον καὶ
 οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ οἱ ἐν τῇ Νέῃ, καὶ τί τὸ χρησίμῳ
 τῶν σχημάτων τοῦ κόσμου, καὶ πόθεν ἀφορμὴν καὶ
 ἀρχὴν ἔσχε τῆς σφαιρας ἡ ὑπόνοια. Ἔττα πάλιν περὶ
 τῶν ποθοῦντων ὄφει παραλαβεῖν τὰ σχήματα, ὁ τέ-
 τартος λόγος ἐγένετο, σύντομος ἀνακεφαλαίως καὶ
 διαγραφὴ τῶν προειρημένων ὑπάρχων, καὶ τῆς σφαι-
 ρας καὶ τῶν ἀντιπῶδων ἡ ἀνατροπῆ. Ἔτι πάλιν πρὸς
 τὸν αἰτησάμενον τὰς Χριστιανικὰς ὑποθέσεις ὁ πέμ-
 πτος λόγος ἐγένετο· δηλῶν ὡς οὐχ ἐαυτοὶ πλάσαμε-
 νοι, οὔτε νέους μύθους ἐφευρηκότες, εἰρήκαμεν ἢ
 διεγράψαμεν (1)· ἀλλ' ἐξ ἀποκαλύψεως καὶ προστά-
 ξιας Θεοῦ τοῦ τὸν κόσμον δημιουργήσαντος, θεωρή-
 σαντες τὸ ἐκμαγῆλον τοῦ παντὸς κόσμου· τὴν σκηνὴν
 λέγω τὴν ὑπὸ Μωσῆως κατασκευασθεῖσαν, ἣν καὶ ἡ
 Νέα συμφώνως ἐκτύπωμα παντὸς τοῦ κόσμου αὐ-
 τὴν ἐφησεν εἶναι· ἣν καὶ διελὼν ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ
 καταπατάσματος, τὴν μίαν εἰς δύο πεποίηκε, καθ-
 ἄπερ καὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὸν χώρον τὸν ἕνα τὸν ἀπὸ
 τῆς γῆς ἕως τοῦ πρώτου οὐρανοῦ διὰ τοῦ στερεώμα-
 τος διελεν εἰς δύο χώρους· ὡς ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ἐξω-
 τέρῃ καὶ ἐσωτέρῃ, ἐνταῦθα κατώτερος καὶ ἀνώτερος.
 Καὶ κατώτερος μὲν ἐστὶν ὁ κόσμος οὗτος· ὁ ἀνώτε-
 ρος; δὲ ὁ μέλλων κόσμος· ἔνθα καὶ ὁ Δεσπότης Χρι-
 στὸς κατὰ σάρκα ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, πρῶτος πάν-
 των ἀνελήλυθε, καὶ οἱ δίκαιοι μετὰ ταῦτα πάλιν ἀν-
 ελεύσονται. Καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ μέχρι Μωσῆως,
 καὶ ἀπὸ Μωσῆως ἕως Ἰωάννου, καὶ ἀπὸ Ἰωάννου
 πάντες οἱ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, συμφώνως
 πάντες, καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ τύπων ἐξείπον περὶ
 τῶν δύο τούτων καταστάσεων, καὶ ἔπι οὐδεὶς αὐτῶν,

διετώνησαν, οὐτε πρὸ ταύτης ἑτέραν εἰπών, οὐτε μετὰ τὴν δευτέραν τρίτην ὑποθέμενος· ἀλλὰ πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς θεοῦ Πνεύματος ἐμπνευσθέντες, τὰς δύο μόνως καταστάσεις ἐξείπον. Ὅθεν θαρρήσαντες τῇ θεῖᾳ ὄντως Γραφῇ, κατεγράψαμεν καὶ τὰ σχήματα τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους ἐν οἷς εὐρήσεις καὶ τὴν ἐξόδον αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τὸ ὄρος ἐν ᾧ τὸν νόμον ἐγγράφως ἰδέξαντο, καὶ τῶν γραμμάτων τὴν πείραν ἰδιόδαχθῆσαν, καὶ τῆς Σκηνῆς τὴν διαγραφὴν, καὶ τὴν κατάταξιν αὐτῶν τὴν ἐν τῇ γῆ τῆς ἐπαγγελίας· ἄχρις ἂν ὁ προσδοκώμενος ἐξ αὐτῶν καὶ προκηρυσσόμενος διὰ πάντων τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων καὶ προφητῶν, παρεγένητο, ἀναδεικνύων τὴν μὲλλουσαν δευτέραν κατάστασιν, ἣν καὶ παραγεγώμενος ἐν αὐτῇ ἰδεῖται πᾶσιν ἡμῖν· εἰσελθὼν εἰς τὴν ἑωτέραν σκηνὴν, εἰς τὸν ἀνώτερον οὐράνιον χῶρον, εἰς ὃν προσκαλεῖται τοὺς δικαίους ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ λέγων· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Αἱ παραγραφαὶ τοίνυν αἱ κείμεναι ἐν τῆδε τῇ βίβλῳ, πρὸς σαφέστεραν διήγησιν τοῦ κειμένου ἔγκεινται Ὁ ἀναγιγνώσκων οὖν πρῶτον τὸ κείμενον, ἀναγνῶν καὶ οὕτως τὴν παραγραφὴν.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΛΟΓΟΣ Α'.

Πρὸς τοὺς Χριστιανίζοντες μὲν ἐθέλοντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν νομιζόντας καὶ δοξάζοντας.

Ὅσοι πόθῳ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐφιένται, καὶ ἔραται φωτὸς ἀληθινοῦ ὑπάρχουσι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι συμπολιταὶ τῶν ἀγίων σπευδοῦσιν εἶναι, οἱ τὴν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην θεῖαν ὄντως Γραφὴν ἠγούμενοι, οἱ Μωυσῆ καὶ τῷ Χριστῷ πιθόμενοι, οἱ ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν μέχρι τέλους ἀκολουθούντες, οἱ ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς τὸν κόσμον ὑπὸ θεοῦ παρῆχθαι ὁμολογοῦντες, καὶ πιστεύοντες ἀνάστασιν γίνεσθαι ἀνθρώπων καὶ κρῖσιν, καὶ κληρονομαί τοὺς δικαίους βασιλείαν οὐρανῶν, περισκοποῦσι πᾶσαν τὴν θεῖαν Γραφὴν, εἰ γεγραμμένοι τυγχάνουσι παρὰ Μωυσῆ τῷ συγγραφεμένῳ τὴν κρίσιν, ἢ πρὸ ἑτέροις προφήταις, τόποι καὶ σχήματα τῆς κρίσεως πάσης, ἐν οἷς ἐστὶ σημαίνόμενος καὶ ὁ τόπος ἔνθα ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἢ ἡπερ ἐπαγγέλλεται ὁ Δεσπότης Χριστὸς δωρεῖσθαι τὸν θεὸν τοῖς δικαίοις ἀνθρώποις. Εὐρίσκοντες δὲ Παλαιὰν τε καὶ Καινὴν Διαθήκην σύμφωνον αὐτῇ, μένουσιν ἐν αὐτῇ ἐπιστηρίζομενοι καὶ ἀτάλευτοι, ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων περιτρεπόμενοι. Οἱ δὲ τῇ τοῦ κόσμου τούτου σκολιᾷ κοσμούμενοι, καὶ αὐτοῖς θαρρῶντες λόγοις σχολαστικῶς καταλαμβάνειν σχῆμα καὶ θέσιν αὐτοῦ, πᾶσαν τὴν θεῖαν Γραφὴν ὡσπερ μύθους καταχλεύουσι· Μωσῆα τε καὶ τοὺς προφήτας, τὸν Δεσπότην Χριστὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους, σπερμολόγους καὶ φαντασιολόγους ἀποκαλοῦντες, καὶ τὰς ὄφρυς ἐπιηκτές, ὡς τὸ μέγα κατασοφίζόμενοι τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, σφαιρικὸν σχῆμα καὶ κυκλωφορικὴν κίνησιν τῷ οὐρανῷ θεωροῦνται, καὶ γεωμετρικᾶς με-

A que post secundum, tertium fore supposuerit; sed omnes, utpote uno divino Spiritu afflati, duos duntaxat status declarant. Quomobrem, divinæ Scripturæ 116 prorsus fidenter, totius mundi figuram delineavimus; nec non loca illa, in quibus reperiuntur Israelitarum exitum, montem in quo scriptam legem acceperunt, et litterarum peritia instructi sunt, tabernaculi descriptionem, eorumque in terra promissionis positas sedes: donec is qui ex illa gente oriturus expectabatur, et ab antiquis omnibus viris et prophetis prædicabatur, advenit, ac futurum illum secundum statum declaravit: quem post adventum suum in seipso nobis omnibus exhibuit, ingressus in interius tabernaculum, in supernam celestem regionem, ad quam in secundo adventu suo justos advocabit dicens: *Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* 1. Ipsi gloria in æcula. Amen

Paragraphus igitur hoc in libro positæ, ad lucidiorem rei propositæ enarrationem jacent. Qui igitur textum prius legerit, legat postea paragrapham.

COSMÆ MONACHI LIBER I.

Contra eos qui cum Christiani esse velint, secundum æteros sphericum esse cælum putant et opinantur.

Quotquot studio veræ cognitionis affecti et amatores veri luminis sunt, qui in futuro sæculo concives sanctorum esse satagunt, qui Vetus et Novum Testamentum, Scripturam vere divinam existimant, qui Moysi et Christo obtemperant, qui ipsos a principio ad finem usque sequuntur, qui mundum ex nihilo a Deo productum confitentur, qui credunt hominum resurrectionem et judicium fore, ac justos regnum cælorum in hæreditatem accepturos esse, ii totam divinam Scripturam circumspiciunt, observantque num apud Moysen, qui creationem scripto narravit, aut apud alios prophetas, descripti reperiantur loci aut figuræ totius rerum opificii: ubi significetur locus ille regni cælorum, quod justis hominibus Deum daturum esse pollicetur Christus Dominus. Ubi vero competentem habent, Vetus et Novum Testamentum sibi mutuo consonare, in eo firmi immotique consistunt, nullatenusque ab adversariis evertuntur. Contra vero qui sapientia hujus mundi exornati, confidunt se scholasticis ratiociniis mundi figuram et situm capere posse, ii divinam Scripturam totam veluti fabulas profusis cachinnis derident, Moysen et prophetas, 117 Dominum Christum et apostolos, blaterones et figmentorum auctores dicunt, et quasi cæteris hominibus sapientia antecellant, supercilia extollentes, sphericum et circumferentem cæli motum esse tradunt, et geometris astronomiæ methodis et calculis, ac verbo-

¹ Matth. xxv, 34.

rum faco versutiaque seculari, ex solaribus et lunaribus eclipsibus, positionem et figuram mundi comprehendere conantur, errantes et alios in errorem inducentes. dum in alia et diversa figura hæc non posse perferri asseverant. Et de his quidem nullus a nobis jam sermo instituetur, cum sese illi mutuo satis superque confutent. Qui autem Christiani censeri volunt, et tamen facundia, sapientia, et multiplici hujus mundi errore exornari expetunt: qui et hæc et illa admittenda esse contendunt, nihil differre videntur ab umbra, quæ intermedio corpore in luce fieri solet; secus vero si intermedium corpus non sit: sed cum corpus undique luce perfunditur, a luce ipsa ubique detur.

Illic in cunctis Epistolis suis, quasi jam in secundo illo statu fuerit, letus et fiducia plenus agit et perseverat: *Conresuscitavit, dicens, et consedere fecit in caelestibus* ⁸¹; et: *Spe salvi facti sumus* ⁸²; et sexcenta alia, quæ jam recensere in promptu non est: nonnulla tamen memorabimus, ne longius excurrat sermo. Hoc igitur modo in prima ad Corinthios Epistola loquitur: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus* ⁸³. Sed quid, Paule, post hanc vitam, quam aliam speramus? Etiam, inquit, est alia vita melior, solidior et caelestis, a Deo cum iuramento promissa; ait enim: *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusjurandum: ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Jesus, secundum ordinem Melchisedæ pontifex factus in æternum* ⁸⁴; ac rursum: *Cognoscentes vos habere in vobis ipsis meliorem et manentem substantiam in cælis* ⁸⁵; iterumque: *Quare regnum immobile percipientes* ⁸⁶; ac rursum: *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* ⁸⁷; et iterum: *Præterit enim figura huius mundi* ⁸⁸; ac rursum: *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ* ⁸⁹; iterumque: *Fratres, ego me nondum arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ ante sunt extendens meipsum, secundum scopum persequor ad braviu[m] supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* ⁹⁰; item: *Nostra autem conversatio in cælis est: unde etiam Salvatorem expectamus Domini nostri Jesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme corpori gloriæ suæ* ⁹¹; iterumque: *Expectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi* ⁹²; et: *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram* ⁹³; et: *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo, et mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul cum illis rapiemur in nubibus, obviam Domino in aera; et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis* ⁹⁴; ac rursum: *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de*

Α Κυρίου. Οὗτος καθόλου ἐν πίστει ταῖς ἐαυτοῦ ἐπιστολαῖς, ὡς ἤδη γενόμενος ἐν τῇ β' καταστάσει, γεγηθῶς καὶ πεποιθῶς διαταλεῖ· *Συνήγιστε, καὶ συνεκάθιστε, ψάξαιον, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν, καὶ ἄλλα μύρια, ἃ νῦν καταλέγειν οὐκ εὐχερέζ· Ἐνίων δὲ μνημονεύομεν, ἵνα μὴ τὸν λόγον μηκύνωμεν. Λέγει τοίνυν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ οὕτω, *Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡλικιώτεροι ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλευνότεροι πάντων ἀρθρώπων ἐσμὲν. Ἄλλὰ τί, Παῦλε, μετὰ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, ποίαν ἄλλην ἐλπίζομεν; Ναί, φησὶν, ἔστι τις κρείττων ζωὴ, ἰσχυρὰ καὶ οὐράνος, μεθ' ὅρκου παρὰ Θεοῦ ἐπαγγελομένη· φησὶ γάρ, Ἐν ᾧ περισσύτερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδειξῆαι τοῖς κληροδόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμστέτυσεν ὄραμα· ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν, ἰσχυρὰν κερδάλησιν ἔχημεν, οἱ καταφυγόντες κρατήσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος· ἦν ὡς ἀγκυρὰν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαία, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἄσπερον τοῦ καταπετάσματος· ὄλου πύδρομος ὑπερῆμων εἰσηλθὼν Ἰησοῦς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδæκ ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πάλιν, Γινώσκοντες ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὑπαρξίαν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν· καὶ πάλιν, Διὸ βασιλείαν ἀσπλευτον παραλαμβάνοντες· καὶ πάλιν, Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν· καὶ πάλιν, Παράγει γάρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· καὶ πάλιν, Ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμος ἐστίν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης· καὶ πάλιν, Ἀδελφοί, ἐγὼ ἐμάντων ὀδῶν λογίζομαι κατεπιληφέναι· ἐν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἀνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Ὅσοι οὖν ἐλθεῖτε, τοῦτο φρονώμεν· καὶ πάλιν, Ἡμῶν δὲ τὸ κολλεῖν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ὃς μετασχηματίζει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ πάλιν, Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν, *Εἰ οὖν συνεγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστὸς ἐστίν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος, τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάλιν, Τοῦτο γάρ ὑμῖν λέγομεν ἐν ἰσχύϊ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθίσωμεν τοῦς κοιμηθέντας· Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν καλέσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταθήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον· Ἐπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες,***

⁸¹ Ephes. ii, 6. ⁸² Rom. viii, 24. ⁸³ I Cor. xv, 19. ⁸⁴ Hebr. vi, 17-20. ⁸⁵ Hebr. x, 34. ⁸⁶ Hebr. xi, 28. ⁸⁷ Hebr. xiii, 14. ⁸⁸ I Cor. vii, 31. ⁸⁹ I Tim. iv, 3. ⁹⁰ Philippi. iii, 13-15. ⁹¹ ibid. 20, 21. ⁹² Tit. ii, 13. ⁹³ Coloss. iii, 1, 2. ⁹⁴ I Thess. iv, 14-17.

ει περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἀπαμνησθῶμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἄερα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἕσόμεθα. Ὡστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις· καὶ πάλιν, Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμπαύζουσαν διηπαρίθρα ἐπιζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείτης ἐμνημόνεον, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι· νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐκουρανίου. Διὸ οὐκ ἐπιωχνύεται αὐτοὺς ὁ Θεός, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἠτοιμάσα γὰρ αὐτοῖς πόλιν· καὶ πάλιν, Ἐξεδέχτο γὰρ τῆν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· καὶ πάλιν, Τῶν ἀγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκητῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἐπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν ὅταν τῷ Φῆστω καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἐπιβήματος διελίγηται, ταῦτά φησι, Περὶ ἧς ἐλάϊδος ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Τί δικιστοὶ κρινεταὶ παρ' ἡμῶν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; καὶ πάλιν, Ἐπειδὴ τούτων εἰ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρώτο διαχειρίσασθαι. Ἐπικουρίας οὖν τυχῶν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτός λέγων, ὡς τε οἱ προφηταὶ ἐλάλησαν, μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Ἠωσῆς· εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Καὶ εἰ θελήσομεν πάσας τὰς χρήσεις τοῦ Ἀποστόλου ἀναλέξασθαι περὶ τούτου, σχεδὸν τὰς ἰδ' αὐτοῦ Ἐπιστολάς δι' ὅλου εὐρήσομεν περὶ τούτου λεγούσας, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς καταστάσεως ἐπι τὴν μέλλουσαν ἐπιειγόμεθα δραμεῖν ἕθεν καὶ παραγγέλλει λέγων, Σπουδύσωμεν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν· κατάπαυσιν αὐτὴν εἰρηκῶς ὡς ἑτέρας μὴ οὖσης μετ' αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον, ἣν αἶψα, διαδοχὴν μὴ ἔχουσαν.

Παραγραφή.

Τί δεῖ λέγειν καὶ περὶ τούτου τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς, τῆς ἔχουσας μεγάλης σάλπιγγος νίας ἐν τοῖς ἔθνεσι, τῆς συναγούσης τὰ ἔθνη καὶ τὴν Ἰσραὴλ εἰς μίαν Ἐκκλησίαν· ὅτι καὶ αὕτη ἡ πρώτη αὐτοῦ ἐκλογὴ ἐξ οὐρανοῦ τοῦ Ἰησοῦ προκαλεσαμένου ἐγένετο, καὶ μαθὼν, οὐκ ἠπειθήσε τῇ οὐρανῷ ὀπτασίᾳ; Οὗτος πάλιν ἀρπαγὴς περιῶν ἐν τῇ νῦν καταστάσει ἕως τρίτου οὐρανοῦ, τῶν ἀγγέλων τὰς τάξεις ἐθεάσατο, τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὴν λειτουργίαν κατέπτευσεν, τῶν Ἀρχῶν, καὶ τῶν Ἐξουσιῶν, καὶ Κυρῶσεων, καὶ πασῶν τῶν δυνάμεων τῶν κατωνομασμένων, ἐμβατεύσας καὶ κατοπτρισθεὶς τὴν διακονίαν ἐθεά· Οὐχὶ πάντες εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Οὕτω καὶ τὴν ποτε τάξιν τοῦ ἀντικειμένου, ὡς τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος ὑπῆρχεν, ἐξείπε, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τύφου ἐξ οὐρανῶν πύσιν ἀνήγγειλεν. Οὗτος πάλιν ἐθεά, Οὐκ οἰδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; καὶ πάλιν, Οἱ ἄγιοι τὸν κόσμον κρινουσιν. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐν πάσαις ταῖς Ἐπιστολαῖς ταυτοῦ παραγγέλλων οὐράνια φρονεῖν καὶ οὐράνια ζητεῖν, καὶ σπεύδειν δραμεῖν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπιγεῖσθαι τῶν ἑνω τυχεῖν. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν πόλιν καὶ τὸ οἰκητήριον τῶν δικαίων ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ πάσης ἐμοῦ τῆς Ἐκκλησίας· τὴν

A qua exierunt, habebant utique tempus revertendi; nunc autem meliorem appetunt, id est, caelestem. Ideo non conjunditur Deus, recurri Deus eorum : paravit enim illis civitatem⁹⁹. Ac rursum : Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus¹⁰⁰; ac rursum : Sanctorum minister, et tabernaculi veri, quod fecit Dominus, et non homo¹⁰¹. Imo etiam in Actibus, cum Festo et Agrippæ loqueretur ad tribunal, hæc ait : De qua spe accusor a Judæis. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitavit¹⁰²? iterumque : His de causis me Judæi, cum essem in templo, comprehensum tentabant interficere Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque majori, nihil extra dicens, quam ea quæ propheta locuti sunt futura esse, et Moyses : si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo et gentibus¹. Quod si vellemus omnia Apostoli loca hæc de re colligere, totas fere quatuordecim Epistolas deprehenderemus de hoc argumento verba facere, quod ex hoc statu ad futurum currere festinemus. Unde et præcipit his verbis : Festinemus ingredi in illam requiem²; requiem dicens, quasi alia post illam non existat, sed regnum immobile, id est, quod successionem non habeat.

C

Paragrapha.

Quid dictu opus est de hoc electionis vase, de magna illa nova tuba in gentibus clangente, omnes gentes et Israel in unam Ecclesiam congregante : quoniam et ipsa prima ejus electio, de cælo Jesu evocante facta est, atque edoctus ille, non fuit caelesti visioni inobsequens? Hic item, dum in hac via superates esset, raptus usque ad tertium cælum, angelorum ordines vidit, ac invisibilium virtutum ministerium, nempe Principatum, Potestatum, Dominationum, atque omnium memoratarum virtutum officium, postquam eo ascenderat, contemplatus, exclamabat : Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditate accepturi sunt salutem³? Ita et illum olim adversarii ordinem, qui potestatem aeris habuit, enarravit, ejusque ex superbia lapsum e caelis enuntiavit. Hic item clamabat : Nescitis quia angelos judicabimus⁴? et rursum : Sancti mundum judicant⁵. 254. Hic est qui in omnibus Epistolis suis præcipit ut caelestia sentiamus, et caelestia quaeramus ac festinemus currere in cælum, maturemusque superna consequi. Hic est qui cum civitatem et habitaculum justorum, angelorum et hominum totiusque Ecclesiae, cælum esse declaraverit, caput totius corporis Domini Christum secundum carnem,

⁹⁹ Hebr. xi, 14, 15. ¹⁰⁰ ibid. 10. ¹⁰¹ Hebr. viii, 2. ¹⁰² Act. xxvi, 7, 8. ¹ ibid. 21-23. ² Hebr. iv, 11. ³ Hebr. i, 14. ⁴ I Cor. vi, 3. ⁵ ibid.

carnem, ut supremum, appellavit. Nam dixit esse super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominationem et omne nomen appellatum, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro : ac, ut paucis dicam, hic est cælestium ordinum et Ecclesiæ doctor magnus et interpres, ipseque præsentis et futuri solum status mentionem facit, atque immortalitatis, immutabilitatis omniumque bonorum supernorum, quorum vim æstimare non valeamus. Gloria Deo, qui hæc præparavit ac prænuuntiavit, itidemque implevit et in dies imolet, in sæcula. Amen.

Paragrapha alia.

Statim a principio Romanorum fidem in toto mundo prædicatam laudibus effert Paulus, eosque unius secum fidei vocat. Corinthios autem, utpote qui nuper hujus mundi philosophi fuissent, arguit, quod, cum jam quidem resurrectioni Domini Christi fidem habuerint, id ipsis inutile evadat, cum resurrectioni pariter nostræ non credant. Jure itaque illum seminiverbium vocabant Athenienses, utpote qui superstitionis suæ zizania convelleret. Galatas stultos appellat, qui instar inanimatarum rerum facile sententiam mutassent, ac post baptismum decepti, circumcisi fuissent. Ephesiis omniæ Dei consilium annuntiat, ac se istis quasi cum feris pugnasæ declarat, hæc vaticinans, venturum esse postea ceu lupos quosdam, qui illos discernerent : quibuscum ait ex ipsis Ephesiis exsurrecturos quosdam, qui instar luporum Ecclesiam discerpturi essent. Philippenses admodum miratur, laudans eos, ut qui soli multam sollicitudinem et dilectionem ergo se exhibuerint, sive in vinculis, sive in defensione sua, ac plerumque sibi ad usum necessaria miserint. Colossenses item laudat de fide, si quidem in illa permaneant et charitatem erga sanctos omnes habeant. Thessalonicenses fratrum amantes dicit, ac persecutionem ærumnasque pro pietate passos affirmat ; quem admodum et Hebræos fideles prædicat, quos perinde atque Corinthios confirmat circa resurrectionem mortuorum, similiterque circa secundum Christi adventum. Hebræos, utpote Hebræus, et unus ex illis, eorum res sibi communes asserens, sanctos fratres, vocatos et **255** cælestium participes appellat, atque pro pietate vocatos et passos asserit ; si tamen, inquit, eam ab initio usque ad finem firmam tenemus : ipsosque monet et confirmat, ne metu persecutionis emolliantur, et ad infideles redeant. Timotheo item Ephesi versanti litteris præcipit, ut caveat ab alienæ doctrinæ magistris, nec eorum fabulis attendat : ipsumque confirmat in dogmatibus, canonesque ecclesiasticos tradit ei : *Ut cognoscas, inquit, quomodo oporteat in domo Dei conversari*. Ait item aliquot

οὐρανὸν ἐξελπίων, κεφαλὴν ὄλου τοῦ σώματος, ἡς ἀνώτερον τὸν δεσπότην Χριστὸν κατὰ σὰρκα προσειπὼν. Ὑπεράνω γὰρ εἶπε πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ, συντόμως εἰπεῖν, οὗτός ἐστιν ὁ τῶν οὐρανίων ταγμάτων καὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος μέγας καὶ ἐξηγητής, καὶ αὐτὸς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης μόνον καταστάσεως μνημονεύων καὶ τῆς ἀθανασίας, καὶ τῆς ἀνεπρότεχτος, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τῶν ὑπερκοσμίων, ὧν τὴν δύναμιν λογίσασθαι οὐ δυνάμεθα. Ἀδελφὰ τῶν ταῦτα προστοιμάσαντι καὶ προμηνύσαντι, καὶ νῦν πληρώσαντι, καὶ πληροῦντι Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Παραγραφή ἑτέρα.

Ῥωμαίων μὲν εὐθύς ἐν προομιόις ὁ Παῦλος τὴν πίστιν ἐπαινῶν καταγγελλομένην ἐν ὄλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ὁμοπίστους ἀποκαλεῖ. Κορινθίους δὲ, ὡς πρῶην φιλοσόφους τοῦ κόσμου τούτου ὄντας, μέμφεται, πιστεύσαντας μὲν ἤδη περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ δεσπότης Χριστοῦ, ἀνώνητον δὲ αὐτοῖς τοῦτον ἀποφαίνονται, μὴ καὶ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως πιστευομένης παρ' αὐτῶν. Δικαίως οὖν οἱ Ἀθηναῖοι σπερμιλόγον αὐτὸν προσηγόρευον, ὡς ἀνορύττονα τῆς δεισιδαιμονίας αὐτῶν τὰ ζιζάνια. Γαλάτας ἀνοήτους ἀποκαλεῖ, καὶ δίκην ἀφύχων εὐχερῶς μετατιθεμένους, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀπατηθέντας καὶ περιτμηθέντας. Ἐφεσίους πᾶσαν τὴν βουλήν τοῦ Θεοῦ ἐξαγγέλλει καὶ σχεδὸν ἐκατὸς θηριομαχίας παρατίθεται αὐτοὺς προφητεύων καὶ λέγων, μετὰ ταῦτα τινὰς πρὸς αὐτοὺς ὡς λύκους ἐρχομένους καὶ διασπῶντας αὐτούς, μεθ' ὧν ἔφη, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀνίστασθαι τινὰς ὁμοίως τοῖς λύκοις διασπῶντας τὴν Ἐκκλησίαν. Φιλιππησίους πάνυ θαυμάζει ἐπαινῶν ὡς μόνους πολλὴν φροντίδα καὶ ἀγάπην τιθεμένους πρὸς αὐτὸν ἐν ταῖς δεσμοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ πολλὰς αὐτῷ πέμφαντας τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν. Κολασσαεῖς δὲ πάλιν καὶ αὐτοὺς ἐπαινῶν ἐν τῇ πίστει, εἴ γε ἐπιμένουσι, καὶ ἀγάπην ἔχοντας εἰς πάντας τοὺς ἀγίους. Θεσσαλονικίας φιλαδέλφους λέγει, καὶ διωκομένους καὶ πάσχοντας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας· ὥσπερ καὶ τοὺς Ἑβραίους πιστοὺς, καὶ ἐπιστηρίζει αὐτοὺς ὥσπερ καὶ τοὺς Κορινθίους περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ἅμα καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Κυρίου παρουσίας. Ἑβραίοις ὡς Ἑβραῖος καὶ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν κοινοποιούμενος τὰ αὐτῶν, ἀγίους ἀδελφούς, καὶ κλητοὺς καὶ μετόχους τῶν οὐρανίων γεγονότας ὀνομάζει, καὶ διωκομένους καὶ πάσχοντας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, πλὴν, φησὶν, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχῶμεν· καὶ ἀσφαλίζεται, μὴ τῷ φόβῳ τοῦ διωγμοῦ ἐκλυθῆναι καὶ παλινδρομηθῆναι πρὸς τοὺς ἀπίστους. Τιμοθέῳ πάλιν ἐν Ἐφέσῳ παραγγέλλει γράφων, ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἐτεροδιδασκάλους, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς αὐτῶν μύθοις· καὶ στῆρίζειν ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ κανόνας παραδιδόνων ἐκκλησιαστικῶν, Ἴνα γινώσκῃ, φησὶν, ὡς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφασθαι. Λέγει δὲ καὶ τινὰς αἰρέσεις ἀναδεικνυμένας

⁵ Hebr. iii, 6, 14. ⁶ I Tim. iii, 15.

ἰπ' ἰσχύτου, καὶ ἀποστρεφομένης τὴν ἀλήθειαν. Καὶ A
 πρᾶξαι, οὐ οὐ προκἀφουσιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἀλλὰ
 φανεραὶ γενήσονται, καὶ ἡ θνοια αὐτῶν ἐκδηλος ἔσται
 πᾶσι. Τίτω πάλιν καὶ αὐτῷ ἐν τῇ Κρήτῃ κανόνας
 ἐκκλησιαστικούς παραδίδωσι, καὶ ἐπιστηρίζει ἐν τοῖς
 δόγμασι, καὶ ἐπιτιμᾷ: κἀρηται πρὸς τοὺς Κρή-
 τας, ὡς ψεύστας, καὶ κούφους, καὶ δολίους καὶ ὑπὸ
 τῶν ἐκ περιτομῆς κλανωμένους. Φιλήμονι μαρτυρεῖ
 πολλὴν πίστιν, εὐσεβίαν καὶ ἀγάπην ἔχοντι πρὸς
 τοὺς ἀγίους· οὐ τὸν δοῦλον Ὀνήσιμον, ἀχρηστον
 ἔντα, μετέβαλε, καὶ εὐσεβῆ πεποίηκε, καὶ τὸν αὐτοῦ
 δεσπότην ὁ μέγας Ἀπόστολος παρακαλεῖ δέξασθαι,
 μηκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Ἐν πάσις δὲ
 ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ εἰς τὸ τῶν οὐρανῶν οἰκητήριον
 πάντας προτρέπεται διὰ πίστεως ὀρθῆς καὶ βίου
 καλοῦ εἰσελθεῖν, καὶ μὴ ἀποτυχεῖν τῶν ἀποκειμένων B
 τοῖς δικαίως ἀγαθῶν· μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς ἀναξίους ἔ-
 ντα, ἀξίωσον, ὁ τὴν εὐσεπλαγγιον ἔχων ἀγαθότητα,
 Κύριε ὁ Θεός, ὁ τῶν ὧν ποιητής. Ἀμήν. Ἐπι τοῖς
 Ἑβραίοις ὁ Παῦλος Ἑβραϊστὶ γεγράφην ὡς
 Ἑβραῖος· μετιστρέφει δὲ εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλῶτταν,
 ὡς φασιν, ὑπὸ Λουκᾶ, ἢ ὑπὸ Κλήμμετος· ὡς ὁμοίως
 καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.

Τὸ καίμενον.

Σκοπήσαι δεῖ, ὡ θεοφιλέστατα, τὴν συμφωνίαν τοῦ
 κοσμογράφου Μωϋσέως, καὶ πάντων τῶν προφητῶν,
 καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν, καὶ ἀποστόλων, ὡς πάντες
 συμφῶναι· δύο καταστάσεις διηγούνται τὸν Θεὸν πα-
 ποιημέναι τὸν οὐρανὸν κἀσμον. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀρ-
 ξάμενος ὁ Θεός τὴν κτίσιν ποιήσαι, τῇ δευτέρᾳ C
 ἡμέρᾳ τὸ στερέωμα πεποίηκε, καὶ συνῴησε τῷ πρῶ-
 τῷ οὐρανῷ, κατὰ μέσον τοῦ ὕψους τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς
 εἰς τοῦ οὐρανοῦ διελθὼν τὸν ἕνα χῶρον εἰς χῶρους
 δύο· καὶ τὸν ἕνα τὸν κατώτερον τοῦτον τὸν κῶσμον
 ἔταξεν εἶναι· τὸν δὲ ἀνώτερον τὸν μέλλοντα κῶσμον
 ἠτοίμασεν ἐξ ἀρχῆς, κατὰ τὸν ἔκδοθεν αὐτοῦ σκοπόν.
 Οὐ γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ τῇ προσκαιρῷ ἔστιν ἡ ἡμε-
 τέρα ἐλπίς, ἀλλ' ἐν τῇ μελλούσῃ τῇ ἀτελευτήτῃ· ἐν
 ἣ ἡ υἱοθεσία, καὶ ἀπαλύτρωσις, καὶ ἀτρεπτότης, καὶ
 δικαιοσύνη, καὶ ἀγιασμός, καὶ μακαριότης ὑπάρχει,
 καὶ τελεία γνῶσις, καὶ δόξα, καὶ πᾶν ὅτι οὐκ καλὸν
 ἡμῖν ἀπόκειται λαμβάνειν παρὰ τοῦ Θεοῦ· πεπειρα-
 μένοι ἀπ' ἐνεσῶθεν καλῶν καὶ κακῶν· ἐν' εἰδείμεν
 τῶν παραγενομένων ἡμῖν ἀγαθῶν τὴν δύναμιν, καθ-
 ὡς ἐνδέχεται, τρόπον τινὰ υἱοῦ Θεοῦ γινόμενοι, καὶ D
 δοξαζόμενοι δόξῃ καὶ χαρᾷ ἀνεκλάλητοις. Διὰ τοῦτο
 καὶ ἐνταῦθα οἱ πιστοὶ συμβολικῶς τῶν μυστηρίων
 μεταλαμβάνομεν τοῦ σώματος τοῦ δεσπότη Χριστοῦ
 μετὰ τὸ βάπτισμα· ἵνα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, προσ-
 ἔχοντες τῷ δεσπότη Χριστῷ, μεταλάβωμεν τῆς αὐτοῦ
 δόξης, ἐφελκόμενοι δόξαν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης. Διὰ
 τοῦτο καὶ μετὰ τῆς λέγεται, καθὰ καὶ ἐν τῷ Ἀπο-
 στόλῳ γέγραπται οὕτως, Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακα-
 καλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατ-
 ορατίζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα
 ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύ-
 ματος· ἵνα εἴπη, Ἡνῖκα ὁ Κύριος παραγίνεται,

¹ II Cor. III, 18.

A hereses in novissimo emersuras, atque veritatem
 subversuras. At prædicit non in melius profecturas
 esse, sed manifestas fore, et amentiam earum pa-
 lam fore omnibus. Titio item, in Creta versanti, ca-
 nones ecclesiasticos tradit, et in dogmatibus con-
 firmat, atque adversus Cretenses increpatione utitur,
 quasi mendaces, leves, subdolos, et ab iis, qui ex
 circumcissione erant, deceptos. Philemoni scribens
 testificatur eum multam habere fidem, pietatem, et
 charitatem erga sanctos, cuius servum Onesimum,
 qui inutilis erat, in melius mutavit, et pium effecit :
 ejusque dominum magnus Apostolus rogat ut eum
 excipiat, non ultra quasi servum, sed quasi fratrem.
 In omnibus autem epistolis suis omnes hortatur, ut
 ad cælorum habitaculum per fidem rectam et bon-
 nam vitam introeant, neque bonorum justis destina-
 torum jacturam faciant. Quibuscum nos etiam, in-
 dignos licet, misericors et clemens Dominus Deus,
 universarum opifex, connumerari digneris. Amen.
 Cæterum Hebræis Paulus, utpote Hebræus, Hebræice
 scripsit, in Græcam vero linguam translata ejus
 epistola fuit, vel a Luca, ut fertur, vel a Clemente :
 similiterque Evangelium secundum Matthæum.

Textus.

Observanda, vir religiosissime, est Moysis mundi
 descriptoris cum omnibus prophetis, evangelistis
 et apostolis, concordia : quomodo scilicet omnes
 uno consensu, totam mundum in duos status a Deo
 divisum fuisse narrent. Ideo enim orsus Deus rerum
 naturam condere, secunda die firmamentum effecit,
 ac primo cælo conjunxit, in medio a terra ad cælum
 spatio interpositum ; atque unum locum in duos
 distribuens ; alterum, inferiorem, nempe hunc
 mundum esse constituit ; superiorem vero, futurum
 esse mundum ab initio destinavit, secundum priorum
 scopum suum. Neque enim spes nostra in hac tem-
 poraria vita sita est, sed in futura et interminabili :
 in qua est adoptio filiorum et redemptio, immutabi-
 litas, justitia, saucificatio, beatitudo, perfecta cogni-
 tio, 256 gloria et quodvis aliud bonum repositum
 nobis et a Deo accipiendum est, cum antea hic bona
 malaque experti fuerimus, ut pro facultate illorum
 nobis tribuendorum bonorum vim et præstantiam co-
 gnoscamus, quodammodo filii Dei effecti, ac gloria
 gaudique inenarrabili affecti. Quamobrem hic fideles
 mysteriorum corporis Domini Christi, post bap-
 tismum symbolice participes sumus, ut post resurrex-
 tionem Domino Christo animum adhibentes, ejus glo-
 riæ consortes simus, gloriam ex ejus gloria attrahe-
 tes. Propterea participatio dicitur, quemadmodum et
 in Apostolo scriptum est : *Nos vero omnes revelata
 facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem
 transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini
 Spiritu* ; ac si diceret : Cum Dominus accedit, om-
 nes fideles manifestissime, sine operimento, gloriam
 Domini quasi in speculo conspiciemus, et in eam-
 dem, quam Dominus habet, imaginem transforma-

mur, ejus gloriae, ad nostram gloriam, participantes. Id enim significat participatio mysteriorum ejus, quia cum corpore ejus glorificato participamus, quasi in speculo conspicimus gloriam ejus, eique participes sumus. Nam ex plenitudine ejus nos omnes accipimus⁹; ipso largiente, nec tamen imminuto. Illud autem, *Tanquam a Domini Spiritu*, hoc significat: Sicut Moyses a Domino accepit, sic et nos a Spiritu sancto accipimus.

τομεν, χορηγούντες αὐτοῦ καὶ μὴ μειομένου. Τὸ δὲ, Καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος, τοῦτο βούλεται λέγειν, ὅτι Καθάπερ ἀπὸ Μωϋσῆς ἔλαβε παρὰ Κυρίου, ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαμβάνομεν.

Paragrapha.

Quemadmodum in hoc mundo nati, lacte parentum nutrimur, id est, ex carne et sanguine eorum ad vitam constituimur; ita jubemur corporis et sanguinis Domini Christi alimentum mystico more sumere, quandoquidem secundum Scripturæ sententiam in futuro sæculo Pater noster est, quia ab eo et per eum gloriam accipimus, ac aliquo modo regeneramur ad vitam æternam. Hic vero prima natalia sunt, lactisque nutrimentum, quod eum qui generatur in mysteriis, congruenter ad vitam firmat et constituit; nempe typus regenerationis per aquam et spiritum, et mysticus cibus corporis et sanguinis Christi, qui credentem iisque participantem, ad vitam æternam invitat et attrahit; in futuro autem resurrectio a mortuis, qua ceu ex utero ex sepulcris resurgimus, regeneramur et reformamur: proprieque est participatio glorificati, immortalis, incorruptibilis et immutabilis Christi corporis et animæ. Gloria creatori ac restauratori universi Deo in sæcula. Amen.

257 Textus.

Divinæ Scripturæ mos est, creationem ceu a Patre factam efferte, incarnationem, quasi a Filio; regenerationem ex mortuis, quasi a Spiritu sancto. Non quod Pater hoc solum faciat, Filius vero illud, Spiritus sanctus aliud; sed universim sancta Trinitas creationem, incarnationem et resurrectionem efficit. Nam, quemadmodum dictum est, solet divina Scriptura, ad declarandum unum esse Deum in tribus hypostasibus, hoc pacto distinguere, ut Patri velut causæ ascribat, quod sit auctor totius mundi; Filio autem, utpote proli, incarnationem attribuat, quia dignam adoptionem obtinet, et fons cognitionis est; Spiritui autem sancto, quippe ex Patre procedenti, ac utpote virtuti vivificanti et sanctificanti, regenerationem, redemptionem, et sanctificationem futuri status. Quemadmodum enim sol vim in se illuminandi et calefaciendi habet, nec potest sine illis videri; ita et Pater duas virtutes ex se habet, nec sine illis conspicitur, Filium scilicet et Spiritum sanctum: ac quemadmodum sol igneum corpus est, quod aliam illuminandi, aliam calefaciendi vim habet; neque illuminandi vis, calefaciendi facultas est; necque calefaciendi facultas,

Α πάντες οἱ πιστοὶ φανερώτατα ἀνευ καλύμματος, τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου ὡς ἐν ἐσόπτρῳ κατοπτρισόμεθα, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα, ἣν ὁ Κύριος ἔχει, μεταμορφούμεθα ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης εἰς ἡμετέραν δόξαν μεταλαμβάνοντες. Τοῦτο γὰρ σημαίνει καὶ ἡ μετάληψις τῶν μυστηρίων τοῦ μεταλαβεῖν τοῦ δεδοξασμένου αὐτοῦ σώματος, ὡσπερ ἐν ἐσόπτρῳ κατοπτριζόμενοι: καὶ μεταλαμβάνοντες τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἐκ γὰρ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες μεταλαμβάνομεν.

Paragrapha.

Ὡσπερ ἐνταῦθα γεννώμενοι ἐκ τοῦ γάλακτος σιτιζόμεθα τῶν ἡμετέρων γονέων, τουτέστιν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν καὶ τῶν αἱμάτων πρὸς ζωὴν συνιστάμενοι: οὕτως προσετάχθημεν σιτίζεσθαι μυστικώτερον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ δεσπότου Χριστοῦ: ἐπειδὴ περ καὶ Πατὴρ ἡμῶν ἐστὶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καθὰ τῇ Γραφῇ δοκεῖ: παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ δόξαν λαμβάνοντες, καὶ τὸ πῶς εἶναι ἀναγεννώμενοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἐνταῦθα γέννησις ἀρχική καὶ γάλακτος τροφὴ καταλλήλιος εἰς ζωὴν σπουδαιότα τὸν γεννώμενον ἐν τοῖς μυστηρίοις, τύπος ἀναγεννήσεως δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, καὶ μυστικὴ τροφὴ σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον προτροπομένη καὶ ἐφελομένη τὸν πιστεύοντα καὶ μεταλαμβάνοντα: ἐν τῷ μέλλοντι: ἀνάστασις ἀπὸ νεκρῶν, ὡς ἀπὸ γαστρὸς ἐκ τῶν τάφων ἀνίσταμενοι καὶ ἀναγεννώμενοι καὶ ἀναπλαττόμενοι, καὶ κυρίως, μετάληψις τοῦ δεδοξασμένου, ἀθανάτου, καὶ ἀφθάρτου, καὶ ἀτρέπτου σώματος καὶ ψυχῆς Χριστοῦ. Δόξα τῷ κτίστῃ, καὶ ἀνακαινιστῇ τοῦ παντός Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Τὸ κείμενον.

Ἐῴθε δὲ ἡ θεία Γραφὴ τὴν δημιουργίαν ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς λέγειν γενέσθαι, τὴν δὲ ἐνανθρώπησιν, ὡς ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ: τὴν δὲ ἀναγέννησιν τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Οὐχ ὅτι ὁ Πατὴρ τότε μόνον ποιεῖ, ἢ ὁ Υἱὸς τότε, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τότε: ἀλλὰ καθόλου ἡ ἅγια Τριάς καὶ τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἐργάζεται. Καθάπερ γὰρ εἴρηται, εἴωθεν ἡ θεία Γραφὴ, πρὸς τὸ παραστήσαι τὸν ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν εἶναι ὑποστάσεων, οὕτω διαστέλλειν: τῷ μὲν Πατρὶ ὡς αἰτίῳ, τῇ αἰτίᾳ τοῦ εἶναι τὸν κόσμον: τῷ δὲ Υἱῷ ὡς γεννήματι, τὴν τῆς ἐνανθρώπησεως αἰτίαν, ὡς ἄξιαν υἱοθεσίαν ἡχοῦσιν, καὶ πηγῆς γνώσεως οὐσης: τῷ δὲ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ζωοποιῶ καὶ ἀγιαστικῆς αὐτοῦ δυνάμεως οὐσης: τὴν ἀναγέννησιν, καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν, καὶ τὸν ἀγιασμόν τῆς μέλλουσας καταστάσεως. Ὡσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἔχει ἐν ἑαυτῷ φωτιστικὴν τε δυνάμιν καὶ θερμαντικὴν, καὶ χωρὶς αὐτῶν οὐ δύναται θεωρεῖσθαι: οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ τὰς δύο δυνάμεις ἐξ ἑαυτοῦ ἔχει, ἐκτὸς αὐτῶν μὴ δυνάμενος θεωρεῖσθαι, τὸν τε Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον: καὶ ὡσπερ ὁ ἥλιος σῶμα μὲν πύρινόν ἐστίν, ἑτέρα δὲ αὐτοῦ ἐνέργεια

⁹Jouan. 1, 16.

ἔστιν ἡ φωτιστικὴ, ἑτέρα δὲ ἡ θερμαντικὴ· καὶ οὕτε ἡ θερμαντικὴ, φωτιστικὴ ἔστιν, οὕτε ἡ φωτιστικὴ, θερμαντικὴ· ἐν ἀλλήλοις δὲ εἰσι ἀχωρίστως ὁ τριῶν καὶ αἱ τοῦτου δυνάμεις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς ἓστι Θεὸς ὁ Πατήρ, μετὰ τῶν δύο ἑαυτοῦ δυνάμεων, ἀχωρίστως ἐν ἀλλήλοις ὄντες, καὶ ἰδιουποστάτως θεωρούμενοι νῦν. Ἐνταῦθα γὰρ ἀσώματος κυριῶς ὁ Θεός, τὸ ἐκπέδαιγμα ἀμυδρόν, ὡς ὑπέδειγμα. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας ἀπέδειγμα λαβεῖν. Ὡσπερ γὰρ ἡ ψυχὴ ἔχει ἐν ἑαυτῇ ἐνδιάθετον λόγον καὶ νοῦν, καὶ ἑτερόν ἐστι τὸ λογικόν, καὶ ἑτερον τὸ νοερόν, καὶ πρόκεισιν ὁ λόγος ἐκ τῆς ψυχῆς ἀχωρίστως, μὴ τεμνόμενος ἐξ αὐτῆς· ὁμοίως καὶ ὁ νοῦς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς, καὶ σὺν αὐτῇ εἰσι· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ.

Ὁθεν καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, τοῦτω τῷ παραδείγματι χρῆσάμενος, λόγον ἐπέλεσε τὸν Υἱόν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊόντα, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ ὄντα, καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα· ὁ δὲ ἀπόστολος Παῦλος σωματικώτερον, ἀπαύγασμα αὐτὸν ἐπέλεσε, τῷ παραδείγματι τοῦ ἡλίου χρῆσάμενος. Ἡ δὲ παλαιὰ Γραφή, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, λέγει, *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· τὸ μὲν, *Ποιήσωμεν*, καὶ τὸ, *ἡμετέραν*, πληθυντικῶς ἐξαφώνησε· τὸ δὲ, *κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, οὐ τὸ αὐτὸ λέγει, ἀλλ' ἑτερόν ἐστι τὸ, *κατ' εἰκόνα*· ἑτερον τὸ, *καθ' ὁμοίωσιν*. Καὶ τὸ μὲν, *κατ' εἰκόνα*, ταύτην ἔχει τὴν ἐννοίαν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος καὶ μόνος, ὡς πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὁρατὰ τε καὶ ἀόρατα, νοητὰ τε καὶ αἰσθητὰ, φθερέα τε καὶ ἀφθαρτά, ἐκινύσων ἕνα τινὰ εἶναι δημιουργὸν πάντων τῶν ὄντων τὸν Θεόν· καὶ κατὰ τοῦτο εἰκὼν ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ γνωρίζειν αὐτὸν ἕνα τοῦ παντός εἶναι δημιουργόν, καθὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος βοᾷ· *Ἄνθρωπὸν μὲν γὰρ οὐκ ὁρεῖται κρυπταλῶδες εἶναι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ ὄψις τοῦ Θεοῦ ἀπαρχῶν· διαβρήδην τὸν ἄνθρωπον εἰς ὄψιν Θεοῦ γεγενῆσθαι φήσας, καὶ κατὰ τοῦτο εἰκόνα καλεῖσας, ὡς μόνος ὁ ἄνθρωπος δυνάμενος γνωρίσαι ἕνα εἶναι τοῦ παντός τὸν Θεὸν δημιουργόν, τὸν ἐξ ἀπαρχῶν τῶν φύσεων ἕνα ὄντων τὸν ἄνθρωπον κατασκευάσαντα· τὸ δὲ, *καθ' ὁμοίωσιν*, ταύτην ἔχει τὴν ἐννοίαν, ὅτι περὶ ὁ Ἀδάμ πατήρ ἐγένετο καὶ οὐχ υἱός, προβάλλων ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἐκπορευτικῶς μὲν τὴν Ἔβαν, μήτε υἱὸν προσγορευομένην, μήτε ἀδελφὴν, καὶ γεννητικῶς τὸν Ἰβὼν υἱὸν Σὴθ πάλιν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας· τὸν μὲν γεννητικῶς προβάλλων, τὴν δὲ ἐκπορευτικῶς, ἐτέρως καὶ ἑτέρως προβάλλομενος· ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας τοὺς δύο. Ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἀδάμ, ὡς ἀρχὴν ἐσχηκότος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀρχὴν ἔχουσι· τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὡς ἀνάρχου, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως προήλθον συνόντες αὐτῷ ἀδίδως, ὡσπερ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ἡ θερμὴ τῷ ἡλίῳ· καὶ ὡσπερ ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, κατὰ τὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς παραδείγματα. Ἐχρήσαντο δὲ καὶ τινες Πατέρες παραδείγματι σωματικώτερον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριᾶδος, αἱ μὲν ὡς ἀπὸ ἀενάου πηγῆς καὶ ἐξ αὐτῆς δύο ποταμοὺς προχομένους, οἱ δὲ ἐνδρυ, ὡς ῥίγη, καὶ κλά-*

illuminandi vis, sed tamen inseparabiles mutuo sunt sol et virtutes ejus : sic in Patre, Filio et Spiritu sancto, unus est Deus Pater cum duabus suis virtutibus, quæ inseparabiliter in se mutuo sunt ; atque in propriis hypostasibus mente conspiciuntur. Illic enim Deus proprie incorporeus est, exemplar autem, utpote exemplar, obscurum est. Ab anima quoque nostra potest exemplum assimi. Quemadmodum enim anima insitum in se habet verbum et mentem, atque alia est ratiocinandi, alia intelligendi facultas, verbumque ex anima inseparabiliter prodit, nec ab ea dissecatur (similiterque mens) : sed in ipsa, ex ipsa et cum ipsa sunt ; ita quoque de Deo cogitandum.

Quamobrem Joannes evangelista, hoc exemplo usus, Filium vocavit Verbum ; utpote qui ex Patre procedat et cum Patre sit, atque ex eadem substantia, apostolus vero Paulus corporeo more, splendorem ipsum vocavit, solis usus exemplo. Vetus autem Testamentum ait : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ; ubi illud, *faciamus*, et illud, *nostram*, plurariter pronuntiavit ; illud autem, *ad imaginem et similitudinem*, non idipsum significat ; sed aliud est, *ad imaginem* ; aliud vero, *ad similitudinem*. Atque illud quidem, *ad imaginem*, hoc sensu dicitur ; quod scilicet homo solus, quia omnia cum visibilia tum invisibilia, cum intelligibilia tum sensibilia, cum corruptibilia tum incorruptibilia in se habet, ostendit unum esse omnium rerum creatorem Deum. Atque eatenus imago Dei est, quatenus novit unum esse universi creatorem, quemadmodum clamat Apostolus : *Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei* ; palam enuntians hominem ad gloriam Dei factum esse, ac ea ratione imaginem vocans, quasi scilicet solus homo nosse valeat, unum esse mundi opificem Deum, qui ex omnibus naturis animal unum, scilicet hominem, composuerit ; illud vero, *ad similitudinem*, hoc significat, quod nonpe Adam pater fuerit, non vero filius, produxeritque ex substantia sua, modo quidem procedendi, Evam, quæ neque filius, neque soror vocatur ; gignendi vero ratione, proprium filium Seth, ex sua item substantia : alium gignendi, aliam procedendi more producens, alio alioque modo duos illos emittens ex substantia sua. Verum Adami, utpote qui initium habuerit, filii et ipsi initium habent ; at contra Deo et Patre initio carente, qui ex eo prodeunt, sine initio procedunt, ac æternum cum illo sunt ; quemadmodum splendor et calor cum sole, ac quemadmodum verbum et mens cum anima nostra, secundum exempla divinæ Scripturæ. Quidam vero Patres aliis ad corporeum morem propius accedentibus exemplis sunt usi circa sanctam Trinitatem ; alii quidem quasi ex perenni fonte promanantes duos fluvios esse aiunt ; alii arbori ex radice, ra-

⁹ Gen. 1, 26. ¹⁰ I Cor. xi, 7.

mis et fructu constanti ipsos comparant; omnes autem sive apostoli, sive Patres, utpote homines, corporeo more, afflante Spiritu sancto, locuti sunt, exemplis usi divina substantia longe inferioribus. In futuro autem statu, quia spirituales resurgemus, accuratiorem Dei notitiam obtinebimus.

Sic igitur istis in locis divina Scriptura, hypostases declarare volens, hac sermonis proprietate frequenter usa est, quasi a Patre creationem esse narrans, a Filio incarnationem, a Spiritu sancto resurrectionem. Verumtamen sancta Trinitas omnia operatur. Beatus vero Moyses, quasi Deo loquente, sic habet, *Faciamus hominem*, quæ vox pluralis quidem est, potestque tamen de duobus tantum intelligi. Quoniam igitur visum Deo fuit nobis sanctæ Trinitatis confessionem non ab initio tradere; ne illa, ut corpora, corporeo more intelligeremus, aut suspicaremur tres esse deos; cum ad creationem hominis accessit, tunc ænigmatice plurali voce locutus est, quæ possit etiam de duobus **259** intelligi. Elapso autem quodam tempore, pluraliorem profert vocem, dicens: *Venite, descendentes confundamus linguas eorum*¹¹, quod non tantum de duobus intelligi valet; sed etiam de tribus ac de pluribus. Deinde igitur multis intercurrentibus annis, ne majorem esse multitudinem inferremus, de Trinitate vocem ænigmatice per Isaiam constituit atque firmavit, ter dicens, *Sanctus*, idque ad unum Deum reducens his verbis, *Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus*¹²; una trium hypostasium numerum, et deitatis unitatem declarans. Sub Domino autem Christo secundum carnem, hæc palam ipse docuit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*¹³; unum quidem nomen proferens, sed in tres hypostases dividens. Et quoniam hæc clare per servi formam prædicaturus erat, hæc in creatione hominis prænuntians pluralem vocem primum emisit, *Faciamus hominem*. Cum itaque de cælo veniet Dominus, fideles, justos atque dignos secum inducet in regnum cælorum, cum angelos tum homines: ex reliquis autem alios extra firmamentum sinet, cæterosque inferius circa terram, quemadmodum in Evangeliiis de consummatione loquens ait: *Tunc erunt duo in agro, unus assumetur, et unus relinquetur; duæ molentes in mola, una assumetur, et una relinquetur*¹⁴; ac si diceret, eos qui in agro sunt, nempe omnes hujus mundi homines, sive divites, sive pauperes, sive mediæ fortunæ, scilicet ex quavis conditione, si qui digni reperiantur, assumendos esse in cælum; sin indigni, relinquendos in terra. Deinde vero eos qui in mola sunt, nempe servos, memorat: qui si digni reperiantur, assumuntur in cælum; sin indigni sint, relinquentur in terra. Quod autem primo masculino genere, deinde feminino utatur, generis differentiam notat; nempe,

Α δὲ, καὶ καρπῷ. Πάντες δὲ εἶτε Πατέρις, ὡς ἄνθρωποι, σωματικώτερον ἐκ τοῦ Πνεύματος ἐμπνευσθέντες, ἐξείπον, ὡς ἐν παραδείγμασι, λειπόμμενα μέντοι πάνυ τῆς θείας οὐσίας· ἐν τῇ δὲ μελλούσῃ καταστάσει ὡς πνευματικοὶ ἀνιστάμενοι πάλιν, ἀκριβέστερον γινωσόμεθα περὶ Θεοῦ.

Ὅτως οὖν ἐν ταῦθα τὰς ὑποστάσεις παραστήσαι βουλομένη ἡ θεία Γραφή, κέχρηται κολλάκις τῷ ἰδιώματι τούτῳ, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς λέγουσα τὴν δημιουργίαν, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τὴν ἀνάστασιν. Ἄλλ' οὖν γε τὰ πάντα ἡ ἅγια Τριάς κατεργάζεται. Ὁ δὲ μακάριος Μωϋσῆς εἶπεν ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*· καὶ πληθυντικὴ μὲν ἐστὶν ἡ φωνὴ, δυναμένη δὲ καὶ ἐπὶ δύο μόνων νοεῖσθαι. Ἐπειδὴ οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐδοκίμασε μὴ παραδοῦναι ἡμῖν τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογίαν, ἵνα μὴ ὡς σώματα σωματικώτερον αὐτὰ νοήσωμεν, καὶ ὑποπεύσωμεν τρεῖς εἶναι θεούς· ἐπὶ τῆς δημιουργίας τοῦ ἀνθρώπου ἐλθόντων, τότε αἰνεματωδῶς πληθυντικὴν φωνὴν ἐξερῶνθησε, δυναμένην δὲ καὶ ἐπὶ δύο μόνων νοεῖσθαι. Μετὰ δὲ χρόνον πάλιν ἐπὶ πληθυντικωτέραν φωνὴν ἀποφαίνεται λέγων, *Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας*· οὐκ ἐστὶ ἐπὶ δύο μόνων δύναται νοεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τριῶν καὶ πλειόνων. Πάλιν οὖν μετὰ πολλὰ πάντα ἔτη, ἵνα μὴ εἰς πλῆθος ἐξενεχθώμεν, ἔστησε τὴν φωνὴν πάλιν αἰνεματωδῶς ἐπὶ τῆς Τριάδος διὰ Ἡσαίου, τριχῶς λέγων τὸ, Ἄγιος· συνάπτων δὲ εἰς ἓνα Θεόν, καὶ λέγων· Κύριος Σαβαώθ, κλιήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων δηλώσας τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῆς θεότητος τὸ μοναδικόν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Δεσποτῶν Χριστοῦ κατὰ σάρκα φανερωῖς ἐδίδαξε λέγων, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*· ἐν ὄνομα μὲν εἰπὼν, εἰς τρεῖς δὲ ὑποστάσεις διελών. Καὶ ἐπειδὴ περὶ ἡμετέρας ταῦτα φανερωῖς κηρύττειν διὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς προμηνηύων, ἐπὶ τῆς δημιουργίας τοῦ ἀνθρώπου τὴν πληθυντικὴν φωνὴν πρώτως ἐξερῶνθησε τὸ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*. Ἠνίκα τὸν οὖν παραγίνεται ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, τοὺς μὲν πιστοὺς καὶ δικαίους καὶ ἀξιολογῶντες αὐτοῦ εἰσφέρει εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀγγέλους τε καὶ ἀνθρώπους· τοὺς δὲ λοιποὺς, τοὺς μὲν ἔξωθεν τοῦ στερεώματος· εἰς· τοὺς δὲ κάτω περὶ τὴν γῆν, καθάπερ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει ἐν τῇ συντελείᾳ οὕτως· *Τότε ἔσονται δύο ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁ εἰς καταλαμβάνεται, καὶ ὁ εἰς ἀφίεται, δύο ἀληθεύουσι ἐν τῷ μύλῳ, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται*· ἵνα εἴπῃ, τοὺς ἐν τῷ ἀγρῷ πάντας τοὺς ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ εἴτε πλουσίους, εἴτε πτωχοὺς, εἴτε καὶ μέσους, δηλονότι ἐν αἰδητοῦν τάξει εὐρηγὰς τις ἀξίος, παραλαμβάνεται ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐὰν δὲ μὴ ἦ ἀξίος, ἀφίεται ἐν τῇ γῇ. Εἶτα καὶ τοὺς ἐν τῷ μύλῳ, τοὺς δούλους λέγει· ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν δούλων ἐὰν εὐρεθῶσιν ἀξιοί, παραλαμβάνονται ἐν τῷ οὐρανῷ· οἱ δὲ ἀνάξιοι ἀφίονται ἐν τῇ γῇ. Τὸ δὲ ἀρρένωκὸς ἐπὶ τῶν πρώτων

¹¹ Gen. xi, 7. ¹² Isa. vi, 3. ¹³ Matth. xxviii, 19.

¹⁴ Matth. xxiv, 40.

ειπών, καὶ τὸ θηλυκῶς ἐπὶ τῶν δευτέρων, ἐσήμανε τὴν διαφορὰν τοῦ γένους, εἴτε ἄρβιενες εὐρεθῆσονται, εἴτε θήλειαι, εἴτε τοὺς δικαίους εἴτε τοὺς ἁμαρτωλοὺς.

Καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ Παῦλος σημαίνει ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ λέγων οὕτως, Ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων θυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογοῦ διδόντος ἐκδικησὶν τοῖς μὴ εἰδῶσι Θεόν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ Ἐθαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἵτινες δίκην τίσουσιν, δειθροῦ αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ, καὶ θύναμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσι· θηλῶν καὶ αὐτῶν, οἵτινες πιστοὶς ἀγίοις μεγάλοι καὶ ἀνεκλάητοι δοξασι· τοῖς δὲ ἀπίστοις, δίκην ὀλέθριον, τούτῳ ἐστιν, ἀνάλογος τιμωρία τῆς καταστάσεως ἐκείνης. Ἐν ὀλέθρῳ γὰρ καὶ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ καὶ μεταμελείᾳ πολλῇ εὐρίσκειται πᾶς ὃς οὐκ ἀπολαύει τῶν ἁγίων καὶ τῶν δοξῶν καὶ τῆς μακαριότητος τῆς ἀποκειμένης τοῖς δικαίοις. Ὅφειλε τοίνυν πᾶς Χριστιανὸς δουλαγωγῆσαι ἑαυτὸν καὶ ὑποτάξαι ἀπαντεῦθεν τῷ Θεῷ, καὶ πιστεύειν πάσῃ τῇ θεῷ Γραφῇ, Παλαιᾷ τε καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, καὶ φύλαξ εἶναι δογμάτων ἀκριβῆς, καὶ βίον ἔχειν κατάλληλον τῇ πίστει· ἀπωθεῖσθαι δὲ καθὰ καὶ μέλλοντες προσιέναι τῷ βαπτίσματι ὁμολογήσασθαι καὶ ἀποτάσσεσθαι πάσῃ Σατανικῇ τε καὶ Ἑλληνικῇ κλάνῃ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ματαιότητι, καὶ ἐλπιδὶ ἀνεπίστῳ. Τὰ μέγιστα γὰρ βλαβήσονται ἐκεῖνοις ἐμμένοντες, ὡς μᾶθημα θεοῦ τὰς ἐκλείψεις φησίζοντες καὶ προλέγοντες, περαιτέρω τούτου ἐλπίζοντες μὴ κακῆται· ἀλλὰ πλανῶντες καὶ πλανώμενοι· εἶπου γὰρ καὶ τὶς ἀποσυληθεὶς ἰμάτιον ἢ ἑτερόν τι, ὡς προφήταις τούτοις προσιών, ἤκουσε παρ' αὐτῶν ἢ ἐπέτυχε ψευσαμένων ἀλήθειαν· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲ τούτο. Τοιαῦται τῶν ματαιοφρονῶν τῶν τὸ σφαιρικὸν σχῆμα τῷ οὐρανῷ ὄρωμένων αἱ ἐλπίδες· οὐ δύναται δὲ περαιτέρω τούτων τι ἐλπίζειν, οὔτε ἀνάστασιν, οὔτε βασιλείαν οὐρανῶν, οὔτε κρείττονα κατάστασιν· ἐπέπερ ἐξεῖσι τὴν σφαῖραν, καὶ αὐτὴν ἦν ἔχουσιν ἐλπίζοντες ἀπολλύουσι. Γίνονται δὲ ἡμᾶς, ὡς τιμία κεφαλὴ, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εὐχαίς τῆς θεοποιῆς ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, διδασκάλων, συναριθμοῦς τοῖς ἐκ δεξιῶν γενέσθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἀκούσαι τὴν ἐξαιρετικὴν καὶ μακαρίαν ἐκείνην φωνὴν λέγουσαν· Δεῖτε, οἱ ἐδολογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Αὐτῷ ἢ ὅσα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Παραγραφή.

Ὁ σκοπὸς ὅλος τῆς συγγραφῆς καὶ τῆς διαγραφῆς, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς διὰ πάντων τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων, ἔτι τε καὶ τοῦ κοσμογράφου Μωϋσέως, καὶ πάντων τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἐδήλωσε δύο καταστάσεις, ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν,

¹¹ II Thess. i, 7-9. ¹² Matth. xiv, 34.

A sive mares sive feminæ, sive justî sive peccatores sint.

Apostolus vero Paulus in secunda ad Thessalonicenses hæc indicat: *In revelatione Domini Jesu de cælo, cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis, dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi: qui pœnas dabunt, interitum æternum a facie Domini, et a gloria fortitudinis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt*¹¹: ipse quoque declarans fidelibus sanctis magnam et ineffabilem gloriam repositam esse; infidelibus autem, pœnam æternam, id est, congruens illi statui supplicium. Nam in pernicie, extremo supplicio et pœnitentia magna **260** versatur, quisquis sanctis donis, gloria et beatitudine justis reposita, non fruitur. Opus itaque est ut quis Christianus in hac vita sese servituti tradat, et subjiciat Deo, credatque toti divinæ Scripturæ, tam Veteri, quam Novo Testamento; accurate dogmata servet, atque vitam fidei consentaneam ducat; omnem vero Satanicum et Græcum errorem, prout ad baptismum accessuri promissimus et confessi sumus, depellat, ipsique abrenuntiet, necnon infidelitati, vanitati, et desperatæ illi spei. Magnum enim detrimentum accipiet si iis immoretur: eclipses ceu divinam disciplinam ex calculis tradentes ac prænuntiantes, neque ulteriori spe instructi: sed errantes et alios in errore inducentes; si quis cum aut vestimentum aut aliud quiddam furto sublatum sibi est, ad eos, ceu ad prophetas, se confert, ab iis responsum accipit; ac vel, iis veritatem ementibus, casu amissam rem consequitur; sin minus, ne hoc quidem. Hæc spes est vanorum hominum, qui sphericam formam cælo ascribunt: nec quiddam ultra sperare possunt, neque resurrectionem, neque regnum cælorum, neque statum meliorem: quandoquidem et spheram illam amittunt, et spei quam habebant jacturam faciunt. Faxit Deus, o venerandum caput, ut in revelatione Domini nostri Jesu Christi, precibus Dominæ nostræ Deiparæ et omnium sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, doctorum, cum iis qui in dextera positi erunt annumeremur, cum iis item audiamus præstantem illam et præclaram vocem: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate recipite paratum vobis regnum a constitutione mundi*¹². Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Paragrafa.

Totus hujusce operis et delineationum scopus est, ut ostendamus Deum ab initio, omnium priscorum hominum, Moysis item mundi descriptoris, omniumque prophetarum et apostolorum testimonio, duos illos status declarasse, præsentem scilicet et

futurum : hujus mundi universi figuram explanantes, declarantesque Christianos principis suis magis insistere eaque sequi, atque finem eorum principis esse consentaneum : et in hoc Dei bonitatem commonstravimus, quæ huic ludo et palestræ, certaminibus, corruptioni et morti, finem imposuit. Ostendimus autem in Domino Christo immortalitatem, incorruptionem, immutabilitatem, beatitudinem, sanctificationem, justitiamque sempiternam omnibus hominibus parari, quemadmodum a constitutione mundi **261** præparaverat, secundum videlicet locum in cælis, et secundum statum, eodem prorsus modo, quo per tabernaculum in figura prænuuntiavit nobis. Declaravimus item Græcorum sententiam omni spe carere, qui neque secundum statum et vitam expectant, neque fore credunt corporum nostrorum resurrectionem : sed errant simul et alios in errorem inducunt, una cum sphæra sua mentibus suis circumvoluti : rati non posse Deum omnium hominum corpora resuscitare ; cum tamen, utpote sapientes, nosse debeant quod, si quidem Deus cogitationum et cordium universorum hominum judex sit, possitque cogitationes singulorum quæ a sæculo fuerunt discernere, multo magis poterit singulorum hominum corpora secernere : nam si spiritualia discernere valet, quanto magis corpora ? siquidem in consummatione omnem creaturam commovebit a fundamentis, cælum nempe, ac terram et reliqua elementa, quorum singula quæ ex humanis corporibus habent, ejus virtute discernente, restituent. Sicut cribrum agitans quispiam, quod quærît inveniet ; sic, concussa et agitata universa rerum natura, qui quæruntur in medio comparebunt. Nam adhuc semel, inquit per prophetam, *ego agitabo non modo terram, sed etiam cælum*¹⁷. Cum autem ait adhuc semel, rerum agitatorum, utpote factiarum, mutationem, secundum Apostolum, significat ; ut tandem illæ immotæ mancant. Quamobrem cum regnum immobile accipiamus, gratiam habemus, per quam Deo placentes serciamus cum reverentia, pietate et obsecratione¹⁸.

Dominus vero de consummatione ita loquitur : *Et stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum movebuntur. Et tunc apparebit signum Filii hominis in cælo : et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate et gloria multa. Et mittet angelos suos cum tuba vocis magnæ ; et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cælis usque ad summum cælum*¹⁹. Rursusque Apostolus in prima ad Thesalonicensis Epistola ait : *Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo, et mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui relinquitur, rapiemur cum ipsis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis*²⁰. Similiter habet in Epistola ad Corinthios prima : *In momento, in ictu oculi, in vorissima tuba : canet enim tuba, et mortui resur-*

A δηλώσαντες καὶ τὸ σχῆμα παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι οἱ Χριστιανοὶ μᾶλλον ἔπονται ταῖς ταυτῶν ἀρχαῖς δεικνύοντες, καὶ τὰ τέλη ἀκούουθα ταῖς ταυτῶν ἀρχαῖς, καὶ ἐν τοῦτω μηνύοντες τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, τὴν παρέχουσαν πᾶσαν τῷ παιδευτηρίῳ τοῦτω καὶ τοῖς ἀγῶσι, καὶ τῇ φθορᾷ, καὶ τῷ θανάτῳ. Ἀναδείξαντες δὲ ἐν τῷ Δεσπότη Χριστῷ ἀθανασίαν, ἀφθορίαν, ἀρρεπτότητα, καὶ μακαριότητα, ἀγίασμον, καὶ δικαιοσύνην αἰώνιον πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, ὡσπερ ἦν ἑτοιμάσας ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, τὸν δευτέρον χῶρον, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὴν δευτέραν κατάστασιν, καθάπερ καὶ διὰ τῆς σκηπῆς πάλιν ἐν τῷτω προεδήλωσεν ἡμῖν. Καὶ ὅτι ἀνεπίπτος ἔστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων δόξα, μήτε δευτέραν κατάστασιν προσδικιώντων, μήτε πιστευόντων ἀνάστασιν ἑσθαι τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ἀλλὰ κλωνόντων καὶ κλωνομένων, μετὰ τῆς ταυτῶν σφαιρας ἅμα κυλιόμενοι ταῖς φρεσίν· ἀδύνατον νομίζοντες εἶναι τῷ Θεῷ ἀναστήσαι τὰ σώματα πάντων τῶν ἀνθρώπων· ὀφελιοῦτες ὡς σοφοὶ γινῶναι, ὅτι εἰ κριτὴς ἔστιν ὁ Θεὸς ἐννοιῶν καὶ καρδιῶν πάντων ἀνθρώπων, καὶ δύναται διακρίναι τὰς ἐννοίας ἐκάστου τὰς ἀπ' αἰῶνος, πῶς οὐχὶ μᾶλλον δύναται σώματα διακρίναι ἐκάστου ἀνθρώπου. Εἰ γὰρ τὰ τοῦ πνεύματος δύναται διακρίναι, πολλῶ μᾶλλον τὰ σώματα. Τίνδουσι γὰρ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ θεμελιῶν οὐρανῶν καὶ γῆν ἕνα καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα ἐν τῇ συντελείᾳ· καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀποδιδοῦσιν ὃ κατέχει σῶμα ἀνθρώπιον, διακρινόμενον ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Ὅσπερ ἐν κοσμίῳ κοσκινοῦν τις τὸ ζητούμενον μὴ εὐρήσει, οὕτως σαλευομένης πάσης τῆς κτίσεως, οἱ ζητούμενοι μίσοι εὐρεθήσονται. Ἔτι γὰρ ἀπαξ ἐγὼ στίσω, φησὶ διὰ τοῦ προεξήτου, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. Τὸ δὲ, ἔτι ἀπαξ, εἰπεῖν, ὃ Ἀπόστολος· δηλοῖ τὴν τῶν σαλευομένων μετὰστασιν ὡς πεπονημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Δὴ βασιλεῖον ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχομεν χάριν δι' ἧς λατρεύομεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετ' αἰδοῦς, καὶ εὐλαβείας, καὶ δεήσεως.

Καὶ ὁ Κύριος περὶ συντελείας λέγων, οὕτω φησὶ· *Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ κρυσσοῦνται, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόφονται πᾶσαι αἱ φυλαὲ τῆς γῆς, καὶ θύονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης κολλῆς. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσιν τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν ὀρέων, ἀπ' ἀκρῶν οὐρανῶν ἕως ἀκροῦ οὐρανοῦ. Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος· ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη φησὶν· Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον. Ἐπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπούμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἀρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου*

¹⁷ Arg. v. 7. ¹⁸ Hebr. xii, 28. ¹⁹ Matth. xxiv, 29 seqq. ²⁰ I Thess. iv, 16 seqq.

ια'. Εἰ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς νεκρώσεως μεταφέρουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὴν τῆς νεκρώσεως προσηγορίαν, ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν τῶν παρὰ φύσιν ἐν πταίσματι νενεκρωμένων, πῶς οὐκ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν νεκρῶν ἀναστάσεως μεταφέρουσι τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν; Προηγείται γὰρ ταῖς διδασκαλικαῖς μεταφοραῖς ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἐξ ἧν καὶ ἡ μεταφορὰ ἐκλαμβάνεται. Καὶ εἰ οὐδὲν ποτε ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν πάντη κατὰ φύσιν μὴ γινόμενον ποιεῖται τὴν μεταφορὰν, πῶς ἐκ τῆς πάντως μὴ γινόμενης νεκρῶν ἀναστά-

σεως καθ' ὑμᾶς μετέφερον ἐπὶ ψυχῶν τὴν τῆς ἀνα- A
στάσεως προσηγορίαν;

ιβ'. Εἰ ἀληθεύων ὁ Ἰησοῦς ἑαυτὸν ὠνόμασεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Καὶ εἰ οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν Υἱὸν ἀνθρώπου, πῶς ἀληθεύων ὠνόμασεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἑαυτὸν; Εἰ δ' ἀληθεύων ἐκότερον ἑαυτὸν ἔλεγεν, πῶς οὐκ ἔστιν αὐτὸς ἐκότερον;

ιγ'. Εἰ καλῶς ὁ Ἰησοῦς μετιῶν ἐν τισὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν συνήθειαν ἐδίδασκει τοὺς ἀνθρώπους, πῶς οὐκ ἀγαθὸς ὁ τούτου Πατήρ, ὃς τὴν τῶν παλαιῶν μετερχόμενος συνήθειαν, ἐπαιδαγωγῆσεν τοὺς Ἑβραίους πρὸς εὐσέθειαν; Καὶ εἰ ὑπεξηρημένης τῆς τῶν δεχομένων νηπιότητος λιαν ἀγαθὰ τὰ ὑπόλοιπα τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, πῶς οὐ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἔστιν ἡ Παλαιὰ Διαθήκη;

ιδ'. Εἰ οὐ σφάλονται οἱ Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι θεὸν τὴν θείαν οὐσίαν ἦτοι τὴν ἐκ τῆς θείας οὐσίας ψυχὴν παραδοθῆναι τῇ αἰωνίῳ κολάσει ὑπὲρ τῶν κατ' ἀνάγκην ἀμαρτημάτων, πῶς σφάλονται οἱ τῆς ἀληθείας παῖδες φάσκοντες ὅτι χρὴ τοὺς κατὰ ποίησιν μὲν ὑπὸ Θεοῦ γεγεννημένους, αὐθαιρέτους δὲ ἀμαρτήσαντας κολάζεσθαι; Καὶ εἰ δίκαιον λέγειν ὅτι ἔστι τέλος τῆς τῶν κακῶν κολάσεως, πῶς ἀδίκον εἰπεῖν εἶναι τέλος τῆς ψυχῶν τε καὶ σωμάτων κολάσεως;

ιε'. Εἰ κακὴ ἡ γένεσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ φθορά; Καὶ εἰ πονηρὰ ἡ ἀβύησις, πῶς οὐ καλὴ ἡ μείωσις; Καὶ εἰ κακὴ ἡ φθορά, πῶς οὐ καλὴ ἡ γένεσις; Καὶ εἰ πονηρὰ ἡ μείωσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀβύησις; Καὶ εἰ ἐνδέχεται κακὸν εἶναι τι γινώσθαι καὶ φθειρασθαι, αὐξάνεσθαι τε καὶ μειῶσθαι ἐναντία εἶναι ἀλλήλοις τὴν οὐσίαν, εἰπὲ διὰ τί οὐκ ἐνδέχεται τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν κατὰ τι εἶναι ἐπαινετὰ;

ισ'. Εἰ δυσὶ δεσμοῖς συνδέεται οὐσα ἐν σώματι ἡ θεία ψυχὴ, ἐνὶ μὲν τῷ ἀσωμάτῳ κακῷ συμπεῖε τοῖς σώμασιν, ἐνὶ δὲ τῷ σώματι αὐτῷ, ἀνεκτότερον δὲ ἐνὶ συνδεδέσθαι δεσμῷ ἢ δυσὶν, ὡς μαρτυρεῖ τῷ λεγομένῳ τὰ πράγματα· πῶς οὐ καλῶς ποιοῦσιν οἱ φονεύοντες ἄλογά τε ζῶσα, καὶ ἀνθρώπους κατακόπτοντες ὡς τὰ φυτὰ; Ἀπολλοῦσι γάρ τὴν ψυχὴν ἐνδὸς δεσμοῦ καὶ καταπονθήσεως. Καὶ εἰ συνδέεται τῇ ὕλῃ ἡ ψυχὴ, πρῶτον μὲν πῶς δεσμὸς τῇ ὕλῃ παραγενομένη τοῦναντίον περιτέλλεται δεσμῷ; Ἔπειτα δὲ πῶς ἀπλῆ οὐσα τὴν οὐσίαν, κατ' ἀνάγκην συνδέεται σώματι; Πᾶν γάρ τὴν οὐσίαν ὑπάρχον ἀπλοῦν, τοῦ κατ' ἀνάγκην ἐλευθέρον δεσμοῦ. Περὶ τούτων τὴν παρ' ἡμῶν ἀπόκρισιν ἀναμένω.

Περὶ τοῦ ὅπως ἀγαθοῦ.

Τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ Θεοῦ οὐσία τυγχάνει, ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν ἐνέργειά τίς ἐστι περὶ τὸ ἐκτὸς γινόμενη, καὶ συμβεθεκὸς θπάρχει διὰ πράξεων ἢ θεωρίας κατορθούμενον. Καὶ διὰ πράξεως μὲν κατορθοῦσιν ἄνθρωποι σαρκὶ συζῶντες τὸ ἀγαθόν· αἱ δὲ νοεραὶ δυνάμεις, διὰ θεωρίας καὶ προσευχῆς. Ἐπεὶ οὖν συμβεθεκὸς ἔστιν τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ τῶν γενητῶν, πάντως ἐπὶ τούτων καὶ προτερεύει τὸ εἶ-

A mortuorum resurrectione, transtulit ad animas resurrectionis metaphoram?

12. Si veraciter Jesus Dei Filium se nominavit, quidni item veraciter se Filium hominis nuncupaverit? Et si non veraciter Filium se hominis dixit, quomodo veraciter se dixerit Dei Filium? Quod si alterutrum se dixit veraciter, cur non utramque idem sit?

13. Si præclare Jesus in nonnullis sequens Judaicam consuetudinem homines docuit, quidni bonus fuerit hujus Pater, qui priscorum obsecundans consuetudini, Hebræos ad religionem instituit? Et si excepta auditorum puerilitate, bona valde erant reliqua Veteris Testamenti, cur non sit a bono Deo Vetus Testamentum?

14. Si non errant Manichæi dum aiunt, oportere divinam substantiam, seu animam ex divina substantia constantem, tradi æterno supplicio propter peccata necessario commissa, quomodo errant veritatis filii, dum affirmant oportere homines a Deo quidem factos, sed voluntarios peccatores, puniri? Et si juste dicitur finem esse supplicii peccantium, quomodo injuste dicitur finem esse animarum et corporum supplicii?

15. Si mala est generatio, quomodo non sit bona corruptio? Et si malum esse incrementum, quidni sit præclara diminutio? Et si mala est corruptio, quidni bona sit generatio? Et si mala est diminutio, quidni sit bonum incrementum? Et si admittimus malum esse aliquod, corrumpi, crescere, minui, contraria esse invicem quoad substantiam, dic cur non sit admittendum bonum et malum secundum quid esse laudabilia?

16. Si duobus vinculis colligatur dum est in corpore divina anima, uno quidem incorporeo malo connaturali corporibus, altero autem corpore ipso; cum sit tolerabilius uno vinculo quam duobus alligari, ut facta dicitur attestantur, quidni egregio faciunt qui occidunt irrationalia animalia, et qui homines cædunt instar arborum? Solvunt enim animam uno vinculo et afflictione. Et si alligatur materiæ anima, primum quidem quomodo cum sit ipsa materiæ vinculum, eadem contra vinculo alligatur? Deinde cum sit substantia simplex, cur coacte vinculo alligatur? Quidquid enim suapte natura simplex est, omni necessario vinculo liberum est. Ad hæc responsum vestrum exspecto.

De bono.

Bonum in Deo substantia est, in creaturis operatio quædam exterior, et est contingens rectitudo actuum vel cogitationis. Et actu quidem recte agunt homines dum in carne viventes bonum exercent· at intellectuales virtutes per contemplationem et orationem. Quoniam igitur contingens est in rebus creatis bonum, omnino in his præcedit esse bonum. Oportet enim bonum veluti esse loco propositi,

ut sic contingens in ipso cernatur, sive id se-
cundum sit sive secus. Sed tamen quod attinet ad in-
creatum Deum, quoniam semper est Deus, bonus
quoque semper est. Non enim aliud est in eo essen-
tia, aliud bonitas; sed ipsa essentia habet boni-
tatem. Ergo ex dictis manifestum est, malum non
esse Deo oppositum qui substantialiter bonus est;
nam substantiæ nihil prorsus opponitur. Sed con-
tingenti bono, quod in creatis cernitur, opponitur
malum. Nam quod malo actu fit, opponitur ei quod
bono actu fit.

De operatione.

Omnis operatio in eo ipso quod fit habet essen-
tiam, namque ante operantis motum sive actum
operatio non subsistit, neque post actum manet;
tantum rem peractam serpenterum ad actus memo-
riam relinquit. Actus ergo est operatio. Omnis autem
actus alicujus substantiæ est actus, neque absque
substantia est.

De malo.

Malum duplicem habet significatum: nam modo
significat malitatem, modo peccatum. Et principa-
liter quidem malum est peccatum, abusive autem
malitas mali nomine nuncupatur. Nam malitas
semper mala non est, imo sæpe salutis causa est,
sive aliquis physicus incidat morbus, sive aliquod
ab extra accidens maligne nobis eveniat. Si tamen
proprie mala fuerint, et non potius emendatoria a
Dei providentia ob corrigendos homines excogitata,
nullius boni causa erunt. Ecce autem sæpe vel eo-
rum timor angit, et hominibus ad peccandum pro-
civibus timorem Dei injicit, et culpæ errorem de-
pellit, nosque ad orandum Deum excitat, sive feram
timeamus, sive serpentem, sive bellum, aut famem,
aut aliquam infirmitatem, vel calumniam aut insi-
dias ex hominum prava voluntate, quæ proprie est
malum, et facienti imputatur peccatum; patienti
autem non proprie est peccatum. Hæc veri mali
rationem non habent, imo hominibus in Deo for-
tibus maximam gloriam comparant, bonaque et
æterna præmia a Deo promerentur. Ne igitur quis-
quam erret, malitatem proprie dicens malum. Nam
si forte id quod creat malorem, malum esset et non
potius emendatorium atque ad justitiam et omni-
genam virtutem impellens, nemo jam alium pec-
catorum verberaret; nemo laudaret magistratum qui
latronem gladio animadvertendum decerneret, aut
bestiis judiciali sententia vorandum traderet: nemo
medicum laudaret putre ulcus ferro amputantem,
quia ægrum cruciat; nemo concederet theriacam ex
vipervis componi, quoniam Manichæi reptilia mala
esse dicunt. Sed ignorant isti imperiti convicia-
tores, bonum esse quicquid non inutile ei rei est
ob quam Deus illud creavit. Cur non sint valde

Α ναὶ τὸ ἀγαθὸν· δεῖ γὰρ τὸ εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἴσται τὸ
προκαίμενον, ἕνα οὕτως τὸ συμδεσθῆκα ἐν αὐτῷ θεο-
ρηθεῖη, εἴτε χωριστὸν εἴτε ἀχώριστον εἴη. Ἐπὶ δὲ
τοῦ ἀγενήτου Θεοῦ δεῖ ἂν ὁ Θεὸς, δεῖ καὶ εἶσθαι ἀγα-
θός. Οὐ γὰρ ἕτερον ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἕτερον τὴν
ἀγαθότητα· ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἔχει τὴν ἀγαθότητα.
Διὰ τῶν εἰρημένων οὖν πᾶσι προφανὲς ἐστὶ τὸ πονη-
ρὸν οὐκ εἶσθαι ἐναντίον τῷ Θεῷ, οὐσία δὲ ἐστὶ ἀγαθῷ·
τῇ γὰρ οὐσία οὐδὲν ἕως ἀντίκειται· τῷ δὲ κατὰ
συμδεσθῆκα ἀγαθῷ τῷ ἐν τοῖς γενηταῖς θεουργοῦ-
μεν, ἀντίκειται τὸ πονηρὸν· δεῖ γὰρ φαύλης πράξεως
γινόμενον, ἀντίκειται τῷ δεῖ πράξεως ἀγαθῆς γινο-
μένῃ.

Περὶ ἐνεργείας.

Β Πᾶσα ἐνέργεια τῷ γίνεσθαι ἔχει τὸ εἶναι, οὕτε
πρὸ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος κινήσεως ἴσται πράξεως
οὕσα, οὕτε μετὰ τῆν κίνησιν διαρκέουσα· μόνον δὲ
τὸ ἀποτελεσθῆναι πολλάκις πρὸς μνήμην τῆς πράξεως
καταλιμπάνει. Ἡ οὖν πράξις ἐστὶν ἡ ἐνέργεια·
πᾶσα δὲ πράξις, τινὸς οὐσίας ἐστὶ πράξις, καὶ ἐντο
οὐσίας οὐκ εἶσθαι.

Περὶ κακοῦ.

Τὸ κακὸν διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν· δηλοῖ γὰρ
ποτὲ μὲν τὴν κάκωσιν, ποτὲ δὲ τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ
κυρίως μὲν κακὸν ἡ ἁμαρτία· καταχρηστικῶς δὲ ἡ
κάκωσις κακὸν ὀνομάζεται. Ἡ γὰρ κάκωσις οὐ πάν-
τως κακὴ, πολλάκις δὲ καὶ σωτηρίας πρόξενος γίνε-
ται, ἡ φυσικῆς τινος νόσου ἐπιγιγνομένης, ἡ καὶ
ἐξωθεν συμπτώματος τινος κακωτικῶς ἡμῖν ἐπι-
συνδάντος. Εἰ δὲ ταῦτα κακὰ κυρίως ὑπάρχει, καὶ
οὐ μᾶλλον παιδευτικὰ ἐκ Θεοῦ προνοίας πρὸς σωφρο-
νισμὸν ἀνθρώπων ἐξευρημένα, οὐκ ἂν κτήσθαι τινος
ἀγαθοῦ ἐγίνετο. Νῦν δὲ πολλάκις καὶ ἡ αὐτῶν ἐλάτ-
τη ἐγγει, καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐλόγησεν πρὸς ἁμαρτίαν,
καὶ Θεὸν δεοικέμεναι ποιεῖ, καὶ ἀμύνει τὴν ἐκ τούτων
ἐπήρειαν· ἰκετεύειν ἡμᾶς διανίστησι τὸν Θεόν, εἴτε
θηρίον, ἡ ἐρπετὸν, ἡ πόλεμος, ἡ λιμὸς, ἡ ἀσθένεια
τις εἴη τὸ ἐλπιζόμενον, ἡ συκοφαντία, καὶ ἐπιβουλή
ἐκ φαύλης προαιρέσεως ἀνθρώπων μηχανωμένη,
ἥτις κυρίως μὲν κάκωσις ἐστὶ, τῷ ποιήσαντι ἁμαρ-
τία τυγχάνουσα· τῷ δὲ πάσχοντι οὐ κυρίως κακὸν·
οὐ πάντως εἰσὶ κακὰ, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ Θεὸν ἀν-
δρείους πρόξενά μετρίστης εὐδοξίας γίνεται παρὰ ἀν-
θρώποις, εὐεργεσίας τε καὶ ἀμοιβὰς αἰωνίους θησαυ-
ρίζει· τοῦτοις ἐπὶ Θεῷ. Μὴ οὖν τις ἀπατάσθω τὰ κα-
κωτικὰ, κυρίως ὀνομάζων κακὰ· εἰ γὰρ κακὸν ἐστὶ
τὸ κακωτικὸν, καὶ οὐ μᾶλλον παιδευτικὸν, καὶ πρὸς
δικαιοσύνην καὶ παντοῖαν ἀρετὴν ἐκκαλούμενον,
μηδεὶς τυπτεῖτω τὸν υἱὸν ἁμαρτάνοντα· μηδεὶς ἐπαι-
νεῖτω τὸν ἀρχὴν τινα πεπιστευμένον, λησθὴν εἴπει
καταδικάζοντα, ἡ θηρίους πρὸς βρῶσιν ψήφῳ δικα-
στικῇ κυροῦντα παραδίδουσαι· μηδεὶς λατρὸν ἐπαι-
νεῖτ· σιδήρῳ πάθος σεσηπὸς περιτέμνοντα· κακοῖ
γὰρ τὸν λατρευόμενον. Μηδεὶς συγχωρεῖτω θηριακὴν
ἐξ ἐχιδῶν συντεθῆναι, εἴπερ κακὰ φασιν οἱ Μανι-
χαῖοι τὰ ἐρπετὰ. Ἄλλ' ἀγνοοῦσιν εἰ ταῦτα ἀπαίρων

διαλογοροϋμενοι, ὅτι καλὸν ἐστὶ πᾶν ὑπερ ἀνελλιπῶς ἔχει πρὸς ὃ δεδημιούργηται παρὰ Θεοῦ · κῶς οὐ καλὰ λίαν, εἰ καὶ τινὰ αὐτῶν μὴ οὐσταν τυγχάνουσιν, ἀλλὰ μόνον ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας ἐπισυμβαίνουσιν ;

Τῶν δὲ φυσικῶν τὰ μὲν ἀνάγκη φύσεως ἐπιτελεῖται · ἀνάγκη δὲ φύσεως λέγω ταῦτα τελεῖσθαι, ὅσα αὐτομάτως καὶ ἀκόντων ἡμῶν ὑπὸ τῆς φύσεως γίνονται, ὡς τὸ ἀποθνήσκειν, καὶ αἰεῖν μέχρι τῆς ὀρισμένης ἡλικίας τὸν ζῶντα · τινὰ δὲ ἀκολουθῆ μὲν φύσεως γίνεται · ἐνδέχεται μόντοι καὶ μὴ γενέσθαι, ὅταν τὸ παιδοποιεῖν διὰ μέλειος · τοῦτο γὰρ τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶν · οὐ γὰρ πάντως ἀπακολουθεῖ τῇ μίλει παιδοποιία. Ταῦτα οὖν πάντα ὅσα ἀνάγκη φύσεως γίνεται, ἔνευ ἁμαρτίας ἀποτελεῖται καὶ ποτε τοῖς ἀνθρώποις τοῖς λόγῳ δοικουμένοις · ὅσα δὲ ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ μὴ γίνεσθαι, ἐπὶ μὲν τῆς ἀλόγου φύσεως ἀνεύθυνα τυγχάνει, ὅταν δ' ἂν ἔχοι τὴν ἐνέργειαν · οὐ γὰρ ἔχουσι λόγον κατὰ φύσιν δοικιμύζοντα τὰ πρακτικά. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἄλλῃ δὲ λόγῳ βυθιζομένων, ἐστὶν ἐνίοτε ταῦτα κυρίως κακὰ, ὅτι δὲ μὴ λόγος ὀρθὸς ἡγέται τῆς πράξεως ἐκ βυθιμίας ἡμῶν ἀσθενήσεως, ἢ καὶ παντελῶς κηρωθεὶς ταῖς ἡδυσκαθείαις · ἁμαρτία γάρ ἐστὶν ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἐνδεχομένων γενέσθαι τε καὶ μὴ γενέσθαι ὑπὸ τῶν λογικῶν ἀλόγων, αἰρεσίς τε καὶ χρεῖσαι. Ἀρετὴ δὲ ἀνθρώπου τὸ δύνασθαι τι πράττειν ὑπὸ τε τῆς φυσικῆς κινήσεως ἐπιθίξεσθαι · εἰ δὲ ἄστοπον εἴη τοῖς δὴ γινόμενον ἢ καὶ παντελῶς γινόμενον, ἀπέχεσθαι τῆς τοῦτων πράξεως κυβερνήτη λογικῷ κερρημένον, καὶ καταπατεῖν τῆς ἡδυσκαθείας τὸ δέλεαρ. Ἀλλὰ φασί · Τί γὰρ οὐκ ἀνεκιδέκτους πεποίηκεν ὁ Θεὸς τοῦ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἐκόντες ἁμαρτάνοιμεν ; Οἱ δὲ τὰ τοιαῦτα προβαλλόμενοι, ἐλοκασιν ἀγανακτεῖν ὅτι μὴ λίθους καὶ ξύλα πεποίηκεν αὐτοὺς ὁ Θεός · καὶ μέμφεσθαι τὸν Ἐξοργιστὴν ὅτι λογικὸς τοῖς ἀνθρώποις εἰργάσατο, καὶ οὐ μᾶλλον ἀκινήτους πρὸς αἰρεσιν ἀγαθοῦ τε καὶ πονηροῦ. Εἰ δὲ φασιν · Ἐπεὶ ἡμᾶς πεποίησθαι λογικὸς καὶ εἰδέναι ἀγαθὸν τε καὶ πονηρὸν, ἐν δὲ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀτρέπτους ἴστασθαι πράξει, οὐδὲν ἕτερον ἐλοκασί μοι ζητεῖν. ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔδει ἡμᾶς ἀνθρώπους γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τῷ Θεῷ · μόνον γὰρ ὁ Θεὸς ἀδύνατος ἔχει πρὸς τὸ ποιεῖν τὴν ὄντως κακίαν. Ὅθεν φησὶν ὁ Ἀπόστολος · Ἐκεὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν. Ἡ γὰρ κακία ἀσθένειά τις ἐστὶν ἐν γεννητοῖς θεωρουμένη · παρὰ δὲ τῷ ἀγενήτῳ πᾶσι ἔχουσι ἴσται τῆς ἀσθενείας ; Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς ἡμεν φύσεως τῷ Θεῷ, οὐκ εἴη ἡμεν αὐτοὶ δημιουργήματα, ὄντες θεοὶ φύσει, ὡσπερ οὖν ἐκεῖνός ἐστι Θεός.

Περὶ ὕπνου.

Ἐκτός οὖν ὀριστέον τι ἀρετῆς τοῦ ἀίρος, στερῆσαι φωτός, οὐκ οὐσίᾳ ὑπεστυχός · ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματα σκιαζόμενον · καὶ ἀπλῶς εἶπεῖν, τόπον φωτός ἵστερημένον.

Συλλογισμοὶ ἀγίων Πατέρων.

(Exstant in opusculo Didymi Alexandrini contra Manichæos, nostræ Patrologiæ tom. XXXIX, et inter opera S. Gregorii Nysseni.)

A bona, etiamsi aliqua haud per se talia sint, sed naturali tantum contingant infirmitate ?

Naturalia autem partim accidunt necessitate naturæ. Necessitate porro naturæ illa accidere dico quæ ipsæ per se invitæ nobis a natura efficiuntur, ut mori, et crescere usque ad definitam ætatem animalia. Quædam etiam naturali sequela eveniunt ; quorum tamen effectus interdum fallit, veluti liberorum genitura ex copula. Hoc quidem ex contingentibus est ; neque enim semper ex copula acquiritur liberorum genitura. Quæcumque igitur necessitate naturæ sunt, absque peccato sunt etiam ab hominibus ratione utentibus. Quæcumque vero vel fieri vel non fieri possibile est, in irrationali quidem natura culpa carent, cuicumodi fuerit operatio : non enim ratiocinii usum habent, quo possint facienda discernere. In hominibus autem alia natura temperatis, sunt hæc interdum proprie mala, cum recta ratio non præest, quia ignavia nostra infirmatur, vel omnino voluptatibus est debilitata. Et enim peccatum est cum sit electio et usus rerum vel actuum, quæ naturaliter fieri et non fieri possunt a rationalibus animantibus. Porro virtus hominis est, ut possit aliquid agere, ad quod naturali motu incitetur ; quod idem si in quibusdam adjunctis male fieri, aut omnino semper iniquum credatur, ab eo absteineat, rationis gubernatione rectus, et voluptatum illecebras calcet. Sed dicunt : Car non incapaces nos peccati fecit Deus, ut nunquam voluntarii peccaremus ? Verum qui hæc objiciunt, stomachari videntur, quod eos Deus lapides aut ligna non fecerit, et irasci benefactori, propterea quod rationales homines creaverit, et non potius ad boni malique electionem inertes. Quod si dicunt : Oportuit nos fieri rationales, bonique et mali discretionem habere, sed tamen in recta agendo immotos porstare ; nihil hi mihi aliud videntur querere nisi ut nos homines non fieremus, sed eadem qua Deus natura ditaremur. Solus quippe Deus veri mali faciendi impotens est. Unde ait Apostolus : *Impossibile esse mentiri Deum*. Nam malitia infirmitas quædam est, quæ in creatis conspicitur : apud vero increatum, quodnam sit infirmitatis vestigium ? Quod si nos ejusdem qua Deus naturæ essemus, haud jam hercule naturæ diceremur, sed dii natura essemus, sicut ille Deus est.

De tenebris.

Tenebræ definiendæ sunt aeris quædam obscuritas, lucis orbitate, non aliquid substantialiter subsistens : vel locus obstructione corpora obambret, aut, ut simplicius dicatur, locus luce carens.

Sanctorum Patrum syllogismi.

S. JOANNES CLIMACUS

NOTITIA

(Phil. Labbe, *Dissertatio historica de S. JOANNE CLIMACO*, apud Bellarminum *De script. eccles.*, Opp. ed. Venet. tom. VII, p. 215.)

Joannes Climacus, ob librum 30 capitum, quibus tanquam gradibus, seu scalis, ad perfectionis religiosæ culmen ascenditur, sic vulgo nuncupatus, idem quoque Joannes Sinaita, vel abbas sancti Montis Sina, cognomento Scholasticus, ὁ Σχολαστικός, reperitur a veteribus dictus. Vixit extremo Christi sæculo sexto circa annum 580, et si Menæis Græcorum fides, pene centenarius obiit die 30 Martii (a), ut habet etiam Martyrologium Romanum. Ejus res

(a) Antonius Magister, Arnaldorum e sorore nepos, ex facundissimo Parisiensis Curizæ advocato primasius Porturegensis eremi incola, ac verus variorum quæ a quindecim annis ex illa officina fictis alienisve decorata titulis predicunt opusculorum scriptor, editum Græce ac Latine a Matthæo Raderø Sor. Jesu presbytero Joannem Climacum vernacula lingua expressit: tum ne quid a Jesuita hausisse videretur, suppresso ejus nominae (quod et in Vitis Patrum aliisque factum sæpe docuimus) ad mas. Regiæ ac Seguerianæ bibliothecarum codices sua vel amicorum opera recognovit quibusdam in locis emaculavit, Eliæ Cretensis metropolitani aliorumque scholiis propriisque observationibus illustravit, præmissa Climaci Vita, quam non tantum ex Daniele Raythensi monacho, sed etiam ex anonymo ejusdem Raderi opera vulgato eleganter contexuit. hæc secunda editio locupletior prodiit in-8, anno 1658, apud Petrum Parvum. Idem quoque in tabulam historicam ac chronologicam quæ hoc anno labente 1659, ibidem excusa est post Lectionum Eucharisticarum compilationem Latino-Gallicam nonnulla de Climaco retulit. Quæ ad nostrum institutum facere videntur (neque enim in ipsam versionem inquiri, nec illam in plerisque paraphrasi, in aliis epitonæ propiorem queror aut a Græco textu longius aberrantem. Id faciunt qui majori abundant otio) ea ad duo capita revocanda censeo. I. apud Græcos in magno pretio habitum fuisse Climacum, ut ex Athanasii quæstionibus, Eliæ Cretensi, Theodoro Studita, Philippo Solitario, Joanne Zonara, aliisque constat. II. Vixisse post annum 532, quo S. Sabbas obiit, atque annum 586 Tiberio II imperante superasse ex conjectura admodum fragili, natum fuisse anno circiter 525 sub Justinii imperio et Joannis I pontificatu, ætatis anno decimo sexto, Christi 541, monasticum habitum induisse, in solitudine ac cœnobio perseverasse annis prope 60; creatum exeunte sæculo Christi sexto Montis Sinae abbatem, tandemque hortatu Joannis Raythensis abbatis conscripserit qui super-

sunt libellis abiisse ad superos anno ætatis 83, Christi 605 aut 606, biennio post S. Gregorii Magni papæ felicem ex hac vita transitum. Verum subductis rationibus peccasse Magistrum, ejusve subadjuvas deprehendi. Nam si anno 525 sub Justino et Joanne natus annos 85 vivendo attingit aut superavit, non anno 606, sed 610 obiisse dicendus fuerat, annoque præcise 600 præfuisse monachis Sinaitis, si suscepta anno 541 monastica veste annos tum natus erat 75. Præter hæc operosam hujusmodi substructionem nullo negotio destrui necesse est, si vera sunt quæ ipse parum cautus refert sub finem capituli XV ex narratione monachi Sinaitæ. Tria quippe tradit anonymus ille. I. obiisse Joannem Climacum eodem vertente anno quo frater ejus atque in regimine cœnobii successor Georgius. II. Georgium elapsis quatuor a morte fratris sui mensibus per revelationem divinitus didicisse Petrum patriarcham Hierosolymitanum ex hac quoque vita post sex menses discessurum. III. Utriusque mortem decimo post transitum Joannis Climaci mense designato tempore contigisse. Quærendus enim annus est quo Petrus ille Hierosolymorum patriarcha defunctus est, ut tum Georgii illius celeberrimi anachorete tum fratris ejus Joannis Climaci abbatum Sinaitarum fatalis annus argumento chronologico certissime demonstretur. Theophanes in Chronico ad annum imperatoris Justiniani 19 Petri primordia refert, atque an. 1 Justinii imperatoris, Christi ut putamus 566, post elapsos in episcopatu annos 20, successorem ei assignat Macarium ejus nominis II. Hoc si exploratum esset, Joannis Climaci mortem anno 565, Georgii vero ac Petri anno 566, delendam esse scateremur. At repugnat Evagrius qui cap. 36 libri IV, Macarii initia, viventis adhuc Justiniani temporibus videtur assignare his verbis: « Sedem autem Hierosolymarum obtinet post Martyrium Sallustius, cui successit Helias: hunc Petrus, Petrum autem Macarius secutus est, imperatore nondum ei suffragante, qui postea sede sua pulvis fait, » etc.

gestas Daniel monachus scripsit apud Lipomanum et Surium. Errat Joannes Trithemius, tum quod Climacum dicat Latine sonare Scholasticum: voluit fortasse dicere scalasticum, seu scalarium; tum quod claruisse scribat circa tempora Constantini, Constantii, et Constantis fratrum imperatorum, qui regnaverunt anno 346, seu potius 339, nam sequenti interfectus est major natus Constantinus. Certum quippe est vixisse post S. Sabbam clarissimum abbatem, qui e vita migravit quinto Decembris anni 532. De eodem Elias metropolitae Cretensis, qui explanationes in Scalam scripsit, quemque nonnulli putant interfuisse anno 787 Nicænae in synodo, Joan. Gerson, Volaterranus, et alii recentiores.

Perfectissima omnium ejus operum editio Græce et Latine prodiit in folio Parisiis apud Sebastianum Cramosium, hoc ordine.

Matthæi Raderi Soc. Jesu presbyteri Isagoge ad sancti Joannis Climaci scalam Paradisi, ubi ejusdem vita, etc.

S. Joannis Climaci Scala Paradisi, ad Joannem abbatem monasterii Raythuni, e Græco recens translata, et scholiis ibidem Græcis Latine versis illustrata, ab eodem Matthæo Radero in usum lectoris ad cælum aspirantis. Latine primum reddita fuisse dicitur an. 1294, ab Angelo de Cingulo O. M. qui Clarenus cognominatus est, deinde ab Ambrosio Camaldulensi monacho recognita, et typis excusa.

Accessit ejusdem sancti Climaci Liber ad Pastorem, ab eodem interprete jam olim in lucem datus, iterum recognitus, et scholiis itidem Græco-Latinis explanatus.

Tomo V Bibliothecæ Magnæ Parisiensis, col. 178 et sequentibus, leguntur Latine duntaxat ex versione supradicti Camaldulensis epistola ad Joannem abbatem Raythu, Scala Paradisi, De officio pastoris, Commentaria in triginta sermones Climaci, et ejusdem commendatio facta ab eodem Joanne Raythunensi abbate, Vita Climaci auctore Daniele, humili monacho cœnobii ejusdem Raythuni compendiose perscripta, et contemplatio scalæ vitæ ejusdem admista.

Exstat quoque Venetiis anno 1590, excusus Climacus in Græco-barbaram seu vulgarem linguam translatus a Maximo Margunio episcopo Cithoronum, εἰς ὠφέλειαν τοῦ Χριστιανικοῦ λαοῦ ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰς κοινὴν φράσιν μεταγλωττισθεὶς.

Fuit et alius Joannes abbas Montis Sina, diversus, ut volunt, a nostro Climaco, qui in mss. codicibus perhibetur auctor germanus Historiæ SS. Barlaam et Josaphat, quæ legitur apud Laurentium Surium die 27 Novembris, et in calce operum sancti Joannis Damasceni.

Tum cap. 38 cum Joanne Catelino papa, Joanne Sirimiota Const. Apollinario Alexandrino, Anastasio Sinaita Antiocheno, patriarchis, qui Justiniano novam inducenti hæresim obstiterunt, numerat Macarium, αὐτῶν ἀποδοθέντα τῷ οὐκ εὖ θρόνῳ ad propriam sedem restitutum. Nicephorus Const. annos duntaxat 20 Petro tribuit; Macario autem ejus successori primum duos, tum post restitutionem quatuor. Quare mirum mihi accidit cur Petri mortem anno 548 tribuerit Baronius in Annalibus ecclesiasticis, et alii ante eum anno 545. Certum quippe est eum usque ad extrema lere Justiniani tempora pervenisse, ideoque si vera narravit anonymus Sinaita monachus, Joannis Climaci mortem ejusque fratris Georgii (de quo et de morte Petri patriarchæ eadem fere tradit Joannes Moschus cap. 117 Prati spiritualis) inter annos Christianæ ætæ 560 et 565 querendam esse, non vero in annum 586 rejciendam. Hoc itaque fluxum rarumque sit vix certi quidquam de anno mortis Climaci, multoque minus de protectione ejus in cœnobium, de tempore commemorationis in cœmo, de prefecturæ Sinaiticæ primordiis pronuntiare posse. Ex ejusdem autem ac Georgii fratris ejus, Zosimi abbatis, Leonis abbatis, atque aliorum plurium mentione certum est Joannis Moschi Pratum spirituale, quod sæpiissime laudavit Dorotheus archimandrita aut non multo ante, aut etiam post annum a partu Virginis 600 conscriptum fuisse. Sed de iis hæcibus, cum docueram quamobrem fragillam paulo ante dixerim illorum conjecturam, qui annum Christi 586 superasse vivendo Joannem Climacum arbitrati sunt.

Ansam opinandi præbuisse videntur cum illustriss. Baronius qui in Annalibus suis ad præ-

dictum annum retulit et imperatoris Tiberii jam ab annis quatuor demortui obitum, et celebrem Leonis abbatis a barbaris decollati a Moscho cap. 112 narratam historiam, tum scholiastæ veteres, qui si quæ fides Porturegensibus conjectoribus, ad ista verba Gradus XXVI, de discretionē: Εἰσὶ γὰρ ψυχαὶ αἱ καὶ ὑπὲρ τὴν ἐντολὴν διεπράξαντο πείσαι σε πάντως τὸ εἰρημένον, Ὅ ὑπὲρ αὐτὸν τὸν πλησίον ἀγαπήσας καὶ ὑπὲρ τοῦτου τὴν ψυχὴν προθέμενος, καὶ περ ἐπιταγῆν Κυρίου εἰς τοῦτο μὴ κομισάμενος, insinuant respexisse Joannem Climacum ad eximiam illam memorati Leonis abbatis charitatem tanquam jam sub Tiberii imperio proximis exhibitam, ideoque eum, aut eodem vivente Tiberio aut post ejus mortem, Scalam scripsisse suam. Verum nec Climaci verba id evincunt, cum innumerabiles ante eum Christiani pro fratribus suis animas ultronci libentesque posuerint, sicque reddi possunt ejus verba: « Persuadebit hoc tibi quisquis proximum suum plusquam seipsum dilexit, » etc., nec interpret Græcus a Radero editus hæc loquendi formula ὁ ἀδελφὸς λέγων aliud innuit, quam in exemplum illius sententiæ Leonem abbatem posse adduci, sive Climacum præcesserit, sive fuerit subsequens. Eliam Cretensem non vidi. Joannes vero Rhaythensis abbas, sive ille Climaco cœvus, sive quis alius junior, in scholiis, quorum Græcus desideratur hæcæus contextus, hæc habet: De abbate Leone dicit, hoc est potest intelligi, qui seipsum in mortem pro quodam fratre lucrando tradidit spontaneè, vel de militum magistrano, qui in Corintho, pro eujusdam virginis servanda virginitate mortem legem suscepit. Ex quibus nemo non videt, tum Leonem, tum magistranum, explicationis duntaxat gratia fuisse in medium adductos.

S. JOANNIS ABBATIS

VULGO

CLIMACI OPERA OMNIA

EDITORE ET INTERPRETE MATTHÆO RADERO.

(Lutetia Parisiorum, sumptibus Sebastiani Cramoisy, via Jacobæ, sub Cicomita. MDCXXXIII sol. cum privilegio Regiæ.)

EMINENTISSIMO CARDINALI DUCI DE RICHELIEU.

Tua virtus, Eminentissime Cardinalis, tuæque merita in eam dignitatis et auctoritatis aptam te provexerunt, ut te venerari eminus ac suspicere possimus; attingere autem ac propius intueri nemini liceat, nisi per tua vestigia perque virtutum tuarum gradus, vel imitando, vel admirando incedat. Atque ego ex illorum numero sum, qui positus in infimo loco te miror assidue, tuam in Deum pietatem, comitatem et beneficentiam in omnes homines, moderationem in tuis rebus, in publicis vero sapientiam, fidem, vim ingenii incredibilem ubique suspicio ac deprædico. Et nunc quia pateris, Eminentissime Cardinalis, ad te mihi accessum dari, scalas affero, in quibus tuæ virtutes quasi quibusdam gradibus distinctæ mihi cæterisque ad tuam celsitudinem aditum parant, tibi vero ad cælestis Numen commodum iter sternunt et compendiosum.

Eminentie Tuæ

Addictissimus, SEBASTIANUS CRAMOISY.

MATTHÆI RADERI

E SOCIETATE JESU SACERDOTIS

ISAGOGE AD S. CLIMACI SCALAM PARADISI.

CAPUT PRIMUM.

Quis Climacus, et an idem auctor Joannes Sinaita, et Joannes Climacus, et S. Joannes abbas montis Sina, cognomento Scholasticus.

Apud me quidem nulla unquam hac de re dubitatio fuit, quin censerem eundem prorsus esse Joannem Sinaitam, et Joannem Climacum, et Joannem abbatem S. montis Sina, cognomento Scholasticum. Ita quippe in codicibus Græcis manu exaratis lego : Ἐπιτολή τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ Σιναιτου πρὸς Ἰωάννην ἡγουμένον τῆς Παίδου · *Epistola abbatis Joannis Sinaita ad Joannem abbatem cœnobii Rhaithu.* In eodem volumine sequitur de eodem : Βλὸς ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου βρους Σινᾶ, τοῦ ἐπικλήν Σχολαστικῶ, τοῦ ἐν ἁγίοις ὡς ἀληθῶς, συγγραφεὶς πρὸς μοναχῶν Παίδου, ἀνδρὸς τιμῆου καὶ ἐναργέτου · *Vita Joannis abbatis S. montis Sina, cognomento Scholastici, vere sancti, compendio a (Daniele) monacho Rhaithuni cœnobii, viro venerando, et virtutibus egregie ornato conscripta.* Et in eodem codice : Λόγος ἀσκητικὸς τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου, ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾶ βρει μοναχῶν · *Liber de religiosa disciplina Joannis abbatis, monachorum in monte Sina præfetti.* Sequitur in eodem extremo libro : Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου ἡγουμένου τοῦ Σινᾶ βρους, ἡγουν τοῦ τῆς Κλίμακος · *De abbate Joanne, præfetto montis Sina, sive auctore SCALE.* Et in fronte libri : Ἰωάννου Σιναιτου.

Hic cognoscis eundem esse S. Joannem abbatem montis Sina, cognomento Scholasticum, et Joannem Sinaitam, et Joannem Climacum.

Idem dices ex aliis exemplaribus ejusdem auctoris Græce scriptis et in Bavarica et aliis Europæ bibliothecis, quas infra laudabo.

Dices :

Ecquid opus per se splendenter ostendere solem ?

Scilicet,

Sæpe aliis nox est quod tibi clara dies.

Nam Jacobus Billius, vir cætera Græcis et Latinis litteris probe tinctus, gente Gallus, et ingenio et genere nobilis, professione religiosus, et in Minori Britannia ad Eremum S. Michaelis cœnobii præses, manum injicit, qui præter alia de SS. Barlaamo et Josaphat historiam e Græco versam Latio donavit, auctoremque facit S. Joannem Damascenum, in cujus omnibus operibus emendandis et transferendis multum et cum ingenti laude desudavit, Joannem autem Sinaitam cum Joanne monacho Thebaidis confundit. Causa quæ Billium in errorem traxit, fuit, quod incertum videretur, utrum historia de Barlaamo et Josaphato a Damasceno scripta esset, an ab alio aliquo: et ab nonnullis etiam Joanni Sinaitæ, hoc est Climaco, tribueretur : Ut ergo eam Billius Damasceno vindicaret, et Sinaitæ abdicet, ita in præfatione ad lectorem disputat : *De sequentis historiae auctore a quibusdam dubitari video ; quidam enim Damascenum verum ipsius auctorem esse censent, quidam autem falso ipsi tribui contendunt. Ac certe in clarissimi viri Fumæi codice Joanni Sinaitæ ascribitur. Ego vero, etsi lectoris non ita multum interesse puto, utrius ea sit, modo pia lectu digna sit, quemadmodum revera est, si tamen judicium meum interponere liceat, verum Damasceni setum eam esse affirmare non dubitem. Nam ut omittam quod Trapezuntius, vir natione Græcus et magni non inter suos tantum, sed etiam inter nostros nominis, non alium quam Damascenum ejus auctorem protulit, primum ipsa phrasis, reliquis ipsius operibus quam simillima, Damascenum auctorem testatur. Deinde ad eam opinionem confirmandam illud mihi magni momenti est, quod ut in libris De orthodoxa fide ac reliquis pene omnibus, Damascenus multa e Basilio, Gregorio Nazianzeno aliisque ejusdem notæ Patribus libenter corrogat, atque integros sæpe versus, imo etiam totas periodos ab ipsis mutuatur : eodem modo in hac quoque historia multa ex iisdem auctoribus, suppresso interim nomine, produci animadverti, ac præsertim ex Nazianzeno, ut cap. 7, 8, 10, 11, 15, 17, 20, 24, ac plerisque aliis locis. Adde quod non solum ab illis libenter mutuo sumit, sed etiam multa asserti libris De orthodoxa fide ad verbum transscripta, ut ea omnia quæ cap. 15 de arbitrii libertate disputat. Quod quidem, ut opinor, non tam aperte faceret, nisi tanquam suo jure iis, ut suis uteretur. Denique cap. 19 disputatio ea de imaginibus, quæ Damasceni ætate fervebat, in eadem sententia non parum me confirmat. Ut autem hæc omnia pro Damasceno faciunt, ita hanc historiam Joannis Sinaitæ minime esse apertissime convincunt. Nam cum ille Senioris Theodosii tempore fuerit, ut patet ex lib. xiii Histor. miscell. Pauli Diaconi, quonam pacto in hac historia, quam auctor ex India transvectam testatur, Nazianzenum, cujus vix dum scripta in manibus hominum versabantur, citare potuisset, atque etiam eo antiquiorem episcopum, ac Valentis tempore vita functum Basilium, suppresso licet nomine, cap. 19, ubi de imaginibus tractat, et cap. 34,*

ubi Josaphat eam ad Deum orationem habet, quam ex constitutionibus Basilii cap. 1 perspicue hausit? Quonam item modo Barlaamum de imaginibus ad regis filium disserentem induceret, cum ea questio nondum eo tempore excitata fuisset? Patetur hic primum Billius historiam de Barlaamo et Josaphato in codice ms. Græco cl. viri Fumæi Joanni Sinaitæ inscriptam. Addit Baronius cardinalis ad 27 Novembris in Martyrolog. Rom. in Sfortiana quoque bibliotheca, num. 63, eandem historiam Joanni Sinaitæ ut auctori assignari, quamvis apud Possevinum in Sfortianæ bibliothecæ descriptione num. 15 cum aliis compluribus consideretur, quod illi imperfectus librorum syllabus fuerit transmissus. Addo ego Bavaricam bibliothecam, in qua num. 205, hæc verba sunt: « Joannis Sinaitæ historia de Josaphat et Barlaam. » Subjunxit editor catalogi: quæ vulgo *Damasceno ascribitur*. In Heidelbergensi num. 200 exstat eadem ms. Græce sine auctore, alibi in eadem, num. 59, Damasceno ascribitur, fortasse ex ejus opinione, qui eundem catalogum conscripsit. Veniendum esset in rem præsentem. Sed Joannem Sinaitam negat Billius auctorem illius historiae et rem se factam habere putat ex temporum ratione, ut ex ejus verbis cognovisti. At enim Billius tota via aberrat a vero. Nam quod ex Paulo Diacono (a) docet Joannem Sinaitam Theodosii M. avo vixisse, ἀπ' αὐτῆς οὐρας ἤραπτεν. Diaconi verba sunt: *Interea eventum belli considerans mittit ad Thebaida ad Joannem monachum perspicentem clara; ad quem destinavit (Theodosius) Eutropium eunuchum sibimet fidelissimum, ut aut eum, si vellet venire, deduceret, aut nolentem de eventu belli requireret. At ille Joannem quidem deducere non prævaluit, sed mandatum retulit ejus, quod vinceret et perimeret tyrannum, et post victoriam in Italia moreretur*. Nihil hic de Joanne Sinaita nec per somnium quidem Diaconus. Monachus hic, vates Theodosii, fuit anachoreta Thebaidis. Joannes Sinaita multis parasangis a Thebaide abfuit, montis Sina incola, abbas, ingressus cœnobiū anno ætatis sextodecimo, præfecturam multis annis administravit eandemque fratri suo germano reliquit, ut in ejus Vita ostendi, nunquam vixit cum Theodosio, sed post Theodosium centum et octoginta quinque annos. Joannis porro illius anachoretæ, qui Theodosio victorias et mortem prædixit, res gestas, vitam et prodigia scripsit Rufinus Aquileiensis presbyter, et exstat apud Rosweidum lib. secundo SS. Patrum (b). Ejusdem mentio est in Fastis Martyrum Romanis 27 Martii et in Menæis 20 Septemb., ubi Ægyptius appellatur. Itaque ratio Billii cadit, cum ille Joannes Theodosianus nihil prorsus ad nostrum Sinaitam faciat. Cardinalis Bellarminus quoque in *Scriptoribus ecclesiasticis*, de D. Damasceno observavit historiam de Barlaamo dubium Damasceni partem videri, quamvis utilem et insignem historiam appellet: *Sed quia Barlaam, inquit, dum instruit discipulum suum Josaphat, jubet eum credere in Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedentem, dubitatio exorta est an hoc opus esse potuerit Joannis Damasceni, qui lib. 1 De fide orthodoxa, cap. 2, docet, Spiritum sanctum non procedere ex Filio, sed per Filium. Sed responderi potest in historia Barlaam, particulam illam, ex Filio videri additum ab aliquo; nam in nova editione per Billium castigata, non habetur, ex Filio. Dubitatio quoque existit, an hæc narratio sit vera historia, an potius conficta ad erudiendos nobiles adolescentes; qualis est Vita Cyri apud Xenophontem. Ceterum veram historiam esse constat ex eo, quod S. Joannes Damascenus in fine historiae invocat sanctos Barlaam et Josaphat, quorum res gestas scripserat, et Ecclesia Catholica in Martyrologio descriptos veneratur die 27 Novembris eosdem sanctos Barlaam et Josaphat.*

Quod si jōm, quid ipse sentiam, quæras, bona pace doctorum virorum dixerim, neque S. Joannis Sinaitæ sive Climaci, neque D. Damasceni, multo minus S. Joannis illius Ægyptii et Thebaide setum hunc de Barlaamo et Josaphato videri; sed Joannis monachi e cœnobio S. Sabæ. Ita testatur manuscriptus syllabus bibliothecæ Palatinæ Heidelbergensium num. 68, ubi hæc verba leguntur (c): *Barlaami Joasaphi Vita ex interiori Æthiopum seu Indorum regione in sanctam urbem translata per Joannem monachum de contubernio S. Sabæ.*

Eundem Joannem Sabæ monachum arbitror in regia bibliotheca Scoriaci in Hispania expressum, ubi hæc de eadem historia: *Joannis monachi expositio de Barlaam et Josaphat*. Idem historiae auctor traditur in Reipub. Augustanæ bibliotheca diserte et expresse, num. 79: *Joannis monachi ἀδελφῆς τριμύου καὶ ἐναπέτου μονῆς τοῦ ἁγίου Σάββα, historia interioris Indiæ, Indorum Æthiopiæ, continens vitam Barlaami et Josaphi*. Et in Bavarica num. 17: *Narratio utilis ex interiore Æthiopia regione, quæ India dicitur, ad sanctam civitatem perlata, per Joannem archimandritum monasterii S. Sabæ. Liber hic inscribitur Barlaam, et est in illa ipsa historia, quæ Damasceno vulgo tribuitur.*

Nisi velis hæc testimonio ad ipsum Damascenum trahere, qui et ipse Joannes audiebat, et demum e foro et turbis secessit in lauram S. Sabæ: sed eum in omnibus bibliothecarum indicibus, ubi ejus opera recensentur, semper appelletur *Damascenus*, haud dubie, si hanc Barlaami historiam Damascenus scripsisset, nomen quoque Damasceni in epigraphæ, sicut in aliis ejus operibus expressum fuisset. Quod autem docet multa ex Damasceni scriptis de orthodoxa fide deprompta esse in hac historia, parum videtur pro Damasceno facere, cum quæ publici juris facta sunt, a quolibet usurpari possint: nec erat opportunum, ut Barlaam de fide apud paganos vel neophytum disputans, testem ignotum et privatum laudaret. Par est ratio SS. Basilii et Nazianzeni, quorum satis erat argumenta et apodixes in medium attulisse, nomina nihil erat necesse.

(a) Lib. XII, pag. 384.

(b) Pag. 449.

(c) Apud Possevin., pag. 121.

Sanctum Joannem Sinaitam, sive Climacum, non esse hujus historiae conditorem facile intelligo, non ob rationem illam, quam Billius affert, qui Sinaitam cum Thebæo et Ægyptio Joanne confundit, eundemque esse existimavit, et Sinaitam cum Theodosio M. imperatore, qui anno 395 diem supremum obiit, vixisse tradidit, quod fieri non potuit, ut in notis ad Climaci *Pastorem* ostendi, ubi Trithemium, qui eundem Climacum ad Constantinum M. et filios refert, refutavi. Proinde vere Bellarminus (a) anno 530 collocavit. Cæterum cur non arbitrer Climacum esse historiae Barlaami scriptorem, hoc est, quod vero et Billius observavit: quævis enim S. Joannes Sinaita Climacus demum post quingentesimum Christi annum scripserit, nulla tamen illius sæculo questio, et contentio in Ecclesia de sacris imaginibus colendis, vel abolendis nata erat, quæ ævo Damasceni ab Isaurico, et Copronymo iconomachis potissimum agitabatur, cum tamen in historia Barlaami, capite 19, prolixè de imaginibus adorandis disputetur: quod auctor historiae ex scriptoribus illius sæculi, et ex ipso Damasceno potuit transcribere. De nomine etiam Joannis Sinaitæ magnopere suspicere aliquid immutatum, et scribendum fuisse Joannis Sabaitæ, non Sinaitæ, quod is monachus in cœnobio Sancti Sabæ vixerit, et scripserit. Sicut enim Joannes Climacus, et Anastasius scriptor Sinaitæ appellati sunt, ita Joannes Sabaita potuit dictus fuisse a cœnobio S. Sabæ, in quo religionem professus ætatem agebat. Nunc intelligamus, quamobrem idem Climacus noster scalæ celestis architectus, Climacus, et scholasticus audierit.

CAPUT II.

De nomine Climaci, et inscriptione libri.

Græce Ἰωάννης Κλίμαξ, Joannes *Klimax*, a libro, quem a scala inscripsit, appellatur, ita ut inscriptio libri cesserit in cognomentum scriptoris, sicut divus Gregorius primus (b), Pontifex Magnus, ab Dialogorum libro *Dialogus* dicitur; Cassianus beato Prospero *Collator* a Collationibus Patrum quas composuit; Petrus Lombardus *Magister sententiarum* ab sententiis Patrum et Theologorum collatis, et in ordinem rerum redactis; Clemens Alexandrinus a libris Stromatum Στροματεύς; Strabo *Geographus*, quod geographiam, et orbem terrarum descripserit; sicut et Dionysius Alexandrinus propter suam περιήγησιν *Periegetas*, Græcis περιηγητής. Quibus fere addas Oratorem, Philosophum, Astronomum: sed quia hi κατ' ἐξοχὴν ita appellati sunt, huc non ascribimus. Interim nec sequendi, nec ferendi sunt qui *Climachum* dicunt, quod a tota verbi notatione, et origine discedant, nec enim climax *climachos*, sed *climacos* inflectitur, a quo Latina lingua ad suum modum et formam *Climacus* scripsit, quod recti casus asperitatem refugoret. Vitiosius apud Trithemium *Clymachus* legitur, qui vocem interpretatur e Græco, scholasticum, quæ significatio remotior est ab Græca voce *climax*, quam a Gadibus Ganges; forsasse Trithemius scripserat *scalasticus* a scala, a qua tamen voce Latium penitus abhorret, alii *scalarem* dixerunt.

Scholasticus cognomento, Græce τοῦ ἐν ἀγίοις Ἰωάννου Κλίμακος, ἐπιζήτην Σχολαστικῶς, S. Joannis Climaci, cognomento *Scholastici*, ἀπὸ τοῦ σχοῦ τὸ κρατῶ, σχάζω, καὶ σχολάζω, inquit Varinus. Sed aliud est σχολαστής, et aliud σχολαστικός. Σχολαστής est μαθητής, σχολαστικός, doctor, quem Arbitrator umbraticum doctorem appellavit, inque id genus hominum acerrime debacchatus est: *Nondum*, inquit (c), *umbraticus doctor ingenia deleverat*. Intelligit declamatores, de quibus idem: *Nunc alio genere furiarum declamatores inquietantur qui declamant?* Et mox infra: *Nunc et rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos*. Erat enim, uti Fabius docet, declamatio judiciorum imago, et forensium actionum meditatio, quam optime exponit Eumenius rhetor: *Neque enim*, inquit (d), *tantum me aut negligentia, aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori, et nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas. Ibi armantur ingenia, hic præliantur, ibi prælusio: hic pugna committitur*. Et Seneca: *Ita arbitratum est, scholam quasi ludum, forum quasi arenam esse*. Sed quantopere scholasticos hos, et umbraticos doctores exagitat Arbitrator, tantopere celebrat eosdem in suo magistro Isæo Plinius Minor, de quo post ingentes ejusdem laudes, et elogia hæc subjicit (e): *Nam diebus, et noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur, annum sexagesimum excessit, et adhuc scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil aut sincerius, aut simplicius, aut melius: nos autem, qui in foro, verisque litibus terimur, multum militie, quamvis nolimus, addiscimus* (f). *Schola, et auditorium ut ficta causa, ita res inermis, innoxia, nec minus felix, senibus presertim*.

Magna erat horum scholasticorum auctoritas; viri principes, et imperatores, et doctissimi quique, et clarissimi hos audiebant, et ipsi apud eos declamabant: de quibus Woverius ad Arbitrum consulendus. Posterius sæculum eam *scholastici* vocem transtulit, non ad declamatores tantum, sed ad viros eruditos, eloquentes, et ad omnem litterarum elegantiam informatos, atque exercitatos; quævis nec in foro causas actilarent, nec in gymnasiis declamarent. Inde Prudentius, Ambrosius, Hilarius, Beda scholastici dicti. *Franco Leodien-*

(a) In *Scriptoribus ecclesiast.*

(b) Nonnulli Gregorium II dictum *Dialogum* falso scripserunt. Lege *Dialogum* Frontonem apud Baron. tom. IX, anno Christi 726, pag 74 et 72 ed. Antwerp.

(c) Sat. p. 1.

(d) Lib. 1, c. 10.

(e) Lib. II, ep. 7.

(f) In margine: *Audite, advocati et causidici.*

sium scholasticus, et scientia litterarum, et morum probitate claret, inquit Siebertus (a). Ex eodem genere celebratur Dionysius Exiguus, dictus etiam Serapion *scholasticus* apud divum Hieronymum *Catalog. illust. script. eccles. (b)*; Eulogius Alexandrinus apud Palladium in *Lausiaca (c)*; Procopius Porphyreonites, Cosmas, apud Joannem Moschum *(d)*, Gregorius abbas *scholasticus* apud eundem Moschum *(e)*: Anonymi *scholastici* Dialogus apud Simeonem Theologum; et apud Græcos Arabius, Nilus, Leontius Theætetus, Agathius, Eratosthenes in Epigr. In hoc ergo numero etiam Climacum nostrum jure ab Græcis positum nos quoque ponimus, quando illius varia eruditio passim etiam in hoc, quamvis sacro et religioso opere, elucet.

Sed enim transit *scholastici* nomen etiam ad nostra tempora et mores: in summis enim antistitum cathedris, et sedibus, ubi canonicorum concilia et collegia sunt, uni alicui ex eorum numero, doctissimo plerumque, *scholastici* nomen imponitur, qui eorum, quos voluntas ad sacros ordines admovet, eruditionem publico examine cum collegis suis explorat; eaque res tam testata est, ut nullam auctoritatem et testimonium desideret. Interim non imus inficias *scholastici* nomen etiam auditoribus convenire, et discipulis, quæ hodie usitatissima vox est. Arbitrari in satyrico: *Dum in hoc dictionum æstu motus incedo, ingens scholasticorum turba in porticum venit, et quæ sequuntur.*

Sancti montis Sina Antistes. Sina mons (qui et *Sinai, et Oreb et Sinaus* Josepho, et Justino) toto orbe super omnes Olympos, Hæmos, Caucasos, et Tauros notissimus, ubi supremus orbis Conditor Hebræis leges dixit et scripsit, ubi D. Catharinæ inclytæ heroidis, et virginis corpus cœlitum ministerio Alexandria delatum salutari fonte olei redundat. Ubi Climacus cum religiosissimo patrum cœlu Deo precibus litavit, ad cujus radices Justinianus imperator religiosus viris nobile cœnobium posuit. Ex hoc monte multi viri sancti prodierunt, quos ubi locus erit in medium adducam. Mons in orbem erigitur, regionis illius longe altissimus, quo per gradus septies mille ad fastigium ascenditur, demptis elivis, qua per se patet ascensus. Nomen ab rubo, quo abundat, invenit. De monte Oreb et Sinai multa Bellonius, p. 126 et sequent.

Antistes. Græcis ἡγούμενος, ἡγεμών antistes, præses, abbas, cœnobiarcha, προεστώς, προεστάτης, πατήρ πνευματικός dictus, quæ omnia eandem significandi vim habent. Vocis tamen Græcæ ἡγουμένου varia significatio est, prout cum vario casu neclitur. Nunc enim quartum regit, quando idem valet quod νομίζω, puto, nunc cum tertio componitur, προηγούμεναι: σὺν προοδοποιούμαι, viam demonstro; nunc secundo, cum ἄρχω seu rego et impero significat, ut ἄρχω λαοῦ, populum rego, in quo significato hic accipitur, ἡγουμένου τοῦ ἀγίου βρους τοῦ Σινᾶ. Ἠγουμένου, hoc est, moderatoris, præsidis, rectoris, cœnobiarchæ sancti montis Sina, συνεκδοχικῶς continens pro contento, religiosorum nempe virorum, qui in asceterio montis Sina degunt. Cæterum Climacum ad officium illud, et munus regendi cœtus religiosi plane divinitus destinatum ostendunt ea, quæ e Græco codice ms. bibliothecæ Bavaricæ extremis paginis erui, quæ tibi infra Græce et Latine cognoscenda subjicio, nec enim in Vita ipsius ab Daniele monacho conscripta sunt comprehensa.

Scala paradisi. Nulla mentem subit dubitatio, quin Climacus inscriptionem libri sui, quæm κλίμακα seu *scalam* appellavit, ex Genesios cap. xxviii hausserit, ubi de scala Jacob patriarchæ tractatur; ita enim Moses ibi: *Cumque venisset Jacob ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo dormivit in eodem loco, viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cælum; angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum innixum scalæ.* Cujus occasionem videtur præbuisse Climaco antistes sanctissimus Raithuni cœnobii, qui Climacum ad librum hunc conscribendum acerrime per epistolam, in qua *scalæ* Jacobicæ mentionem facit, cohortatus est. Scripsit ergo, et ædificavit tralatitiam seu metaphoricam hanc *scalam* religiosam religiosissimus Climacus, cujus gradus, seu radii triginta omnem orbem, et posteritatem illustrarunt. Ad exemplum Climaci alii atque alii religiosi, et eruditi viri *scalas* item in cælum moliti sunt. Dionysius *scalam religiosorum* quinque gradibus distinctam composuit, quos Pentateuchum dixit; Gabriel Inchinus *scalam cæli*; noster beatæ et æternæ memoriæ Bellarminus, *De ascensione mentis in Deum*, et propria quodammodo, brevissimaque via ad cælum hæc est religiosorum, qui per rectos *scalæ* gradus sine longis viarum anfractibus et ambagibus ardua quidem, sed firma et secunda enituntur, nisi scientes, volentes velint excidere. Inde et D. Romualdo Camaldulensis familiæ conditori persimilis Jacobi patriarchæ *scala* divinitus demonstrata est (f), per quam candidati magnis passibus in cælum contendebant. Dum itidem Leoni, qui e primis et iutimis D. Francisci sodalibus fuit: *Magna erat planities, inquit Platus (g), et in ea species quedam judicii mori futuri; magna aderat hominum multitudo, angelorum tubæ personabant, denique binæ scalæ e summo celo usque ad terram demissæ, altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens visebatur ex alto Christus, cultus habitu severo, ac subirato. At Franciscus paulo infra ipsum fratres suos evocabat, ut ascenderent fidenter, Dominum ita velle, eosque invitare. Cum autem illi se per scalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo,*

(a) Ad ann. 1048.

(b) Cap. 99.

(c) Cap. 16.

(d) Cap. 131.

(e) Cap. 122.

(f) *Breviarium Romanum.*

(g) L. 1, c. 34, pag. 201, ex Annal. Franciscæ.

 frustra dissipaturum erat. Ad hoc ergo virtutum fa-
 stigium cum pervenisset, et præfecturam montis
 Sinae administrasset, mortali hac vita deserta ad
 immortalem quietem aspiravit, cum prius erudi-
 tissimum volumen, quo gradus ad cælum usque extraxit, quodque *Scala* (Paradisi) appellatur,
 conscripsisset.

Ex Menologio (30 Martii).

Sancti Patris nostri Joannis cognomento Climacis, viri doctrina et exercitacione monastica insignis.

Martyrologium Romanum (30 Martii).

In monte Sina sancti Joannis Climaci abbatis. Baronius post alia : Porro animæ illius divina quardam
 effigies multo clarius perspicitur in scriptis ejus. Vixit non longe post tempora Justiniani imperatoris,
 ac post sanctum Sabam abbatem, cujus ea quæ scribit aliquando auctoritate confirmat.

EJUSDEM VITA EX TRITHEMIO (a).

Joannes Climacus, quod Latine sonat Scholasticus, abbas montis Sinai, vir in divinis Scripturis studiosus et eruditus, ingenio excellens, mitis et humilis, vita et conversatione devotus atque sanctissimus, cum adhuc sedecim esset annorum, mundum cum suis oblectamentis deseruit, et in dicto cœnobio monachum se fieri instantissime petiit et obtinuit. Deinde post annos decem et novem cum jam solitarius pugnare et vincere secundum regulam didicisset, cum licentia abbatis sui eremum petiit, in qua multis annis in omni sanctitate solus cum Deo habitavit. Postremo cum vita ejus sanctissima omnibus innotuisset, unanimi omnium consensu in abbatem eligitur, et renitens ad cœnobium revocatur. Scripsit ad Joannem abbatem de Raythi opus celeberrimum, et pro institutione monachorum valde accommodum, habens sermones triginta, quod prænotatur, *De triginta gradibus* lib. 1 : *A bono et super bono* ; *Ad Pastorem sermonem*, lib. unum : *In inferiori quidem libro* ; Epistolas plures ad monachos, librum unum ; et quardam alia. In quibusdam locis, maxime ubi de hominis spiritualis mortificationis impassibilitate tractat, a modernis theologis (b) reprehenditur, sicut apud Joannem de Gerson in certis tractatibus invenitur. Claruit circa tempora Constantini, Constantii et Constantis fratrum imperatorum, qui regnaverunt anno Domini 346.

Hæc Trithemius, a quo multa mendose perscripta. Primum quod dicat Climaci nomen sonare Latinis Scholasticum : ita enim editi codices præ se ferunt. Sed ego ab Trithemio scriptum arbitror primulum *Scalasticum*, ab climace sive scala, quantum sordide et barbare. De voce *Climax* et *Scholasticus* et *Scalasticus* supra a nolis copiose dictum est. Falsum etiam quod vixerit anno cccxvi, sub Constantino, Constante, et Constantio, cum post Justinianum demum et S. Sabæ ævum scripserit. Quod et Baronius et Bellarminus recte animadvertenter, et ego priusquam alterum legerem, alter scriberet, errorem Trithemii in Notis ad *Pastorem* adnotaram et emendam.

Sed de Gersono, præter ea quæ in Notis ad *Pastorem* explicavi (c), habeo paulo plura dicere. Exagitat is sanctum Climacum in epistola de ornatu spiritualium nuptiarum, quando præter alia hæc scribit : *In talibus quippe plurima sæpe reperimus falsa aut male explicata, ac proinde multa erroris materia præsentia simplicibus, quamquam in multis divina altissimaque sint. Inter tales scripturas narrantur aliquæ narrationes aut regulæ vel doctrinæ particulares aliquorum Patrum veterum, quæ magis admirandæ, quam imitandæ dicuntur. Quemadmodum Joannes qui Climacus dicitur, ponit virtutes impassibilitates, et quædam valde austera super penitentia et peccatis.* Hæc Gerso, qui primum fallit reperiri in Climaco falsa : nihil falsum est in toto Climaco, nihil contra Ecclesiæ decreta aut male explicatum, sed potius male intellectum, et subinde male interpretatum. Non ponit virtutes impassibilitates, sed ait per virtutes entendum esse ad ἀπάθειαν seu animi tranquillitatem, quam Gerso vocat impassibilitatem, obedientiæ enim et humilitatis præmium ait hanc animi esse tranquillitatem seu indolentiam. Negat Climacus perfectos non sentire motus naturales iræ, cupiditatis, metus, gaudii, amoris, spei, et hoc genus aliorum, sed ait, perfectum religiosum hos omnes motus in sua potestate habere, ne in actum vel cogitationem improbam erumpant, quemadmodum venator canis. Et hoc non est contra dogmata divina, sed ab illis hæc confirmantur, quando Deus dixit Caino : *Sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius* (Gen. iv, 7). Quod ad penitentias attinet, erant pleræque omnes voluntariæ : rogabant enim patrem religiosum hujusmodi penitentes, uti liceret sibi ire ad domum penitentis, aut si qui mitterentur, adhuc ampliores a se pœnas exigebant, orabantque præsidem, ut se in compedes compingeret, nec antea quam morerentur, laxaret et expedit, ut cadavera sua feris objicerentur, et hoc genus alia. Perstringit ibidem Cassianum, pro quo respondet Alardus Gazæus. Sed pro penitentis severitate, quam Climacus narrat, ipse Gerso alio loco (d) quasi propugnat cum dicit : *Ex hac consideratione forensis et publicæ justitiæ rationabiliter colligitur justificatio religionis Carthusiensis imo et alte-*

(a) De script. eccles., p. 205.

(b) In marg., sed male.

(c) Pag. 164.

(d) De non esu carnum et abstinentia Carthusianorum, pag. 525, tom. II.

rins austerioris. Cur enim non poterit aliquis peccatorum suorum et flagitiorum conscius, quæ demeruerunt mortem æternam, imo et temporalem si publicarentur; cur, inquam, non poterit talem religionem vitæ suo julio secreto cui confessus est, impositam tollere aut consultam suscipere, quanquam multo minus prævideat se victurum et infrinitatibus fatigandum? Legatur Joannes eremita montis Sinai qui Climacus dicitur, in illo gradu sculæ mysticæ, in quo de pœnitentiâ loquitur. Refert profecto stupenda et forte magis admiranda quam imitanda super voluntario carcere quorundam Deum placare sibi volentium. Ex horum perspectione sedula liquet quinrationabilis sit pro peccatoribus Carthusiensium in vivo severitas, imo et pro justis quatenus Deo satisfaciant pro peccatis propriis vel alienis tempore misericordiæ, ne severius puniat incomparabiliter ille purgatorius ignis aut gehenna. Quod autem dicit, magis forte admiranda quam imitanda: imo vero quamoubrem non imitanda? cum malint hic satisfacere Deo quam experiri vel supplicia sempiterna vel ignes piaculares ad tempus. Audiat Gerso quid D. Bernardus censeat de anima, quæ Deum gustavit, et post gustum offendit, quid non conetur ut redeat cum Deo in gratiam. Talis, inquit, anima, nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilibus pœnalibusque ducat, quam post spiritualis studii hujus gustatam semel suavitatem exire de novo ad illecebras vel potius ad molestias carnis, etc., serm. 35, super Cantica, p. 975, lit. m. Laudat tamen idem Gerso Climacum quando componit sui temporis theologos cum S. Augustino, Gregorio, Hugone: *Illec omnia, inquit (a), Augustinus, Gregorius et Hugo et ceteri theologisantes nobis valde impares passim cantant. Et nos circa pugnas verborum, circa phantasiarum fumos plus obnubilantes quam illuminantes, plus fumantes quam flammantes languemus, arctamur, arcescimus atque vanescimus; ut ob tales forte dixerit Climacus, theologiam non convenire nisi lugentibus.* Enimvero hoc nunquam et nusquam dixit Climacus, sed plane contrarium, theologiam, inquam, omnino non convenire lugentibus. Verba Climaci sunt gradu vii, de luctu salutari, οὐκ ἀρμόζει πένθοιοι θεολογία, et ni ut causant, διαλύειν γὰρ αὐτῶν τὴ πένθος πέφυκεν, et quæ sequuntur. *Non conventet* (ut syllabam a syllaba reddam) *lugentibus theologia, dissolvere enim illorum luctum solet.* Nec a prioribus falli interpretibus potuit Gerso, omnes enim tres contrarium docent ex Climaco. Climacus ubique orthodoxus, catholicus, sanctus, nihil dubiorum, falsorum, aut damnatorum dogmatum continet, quanquam ab Isseltio, qui Notas conscripsit, nonnunquam non intellectus est, uti suo loco monebo lectorem.

Celebrant eundem Climacum Raph. Volaterranus, cujus verba in Notis ad Pastorem infra leges. Bellarminus B. memoriæ Cardinalis: *Joannes Climacus monachus religiosissimus scripsit librum triginta graduum, quibus, etc.* Platus (b): *Climacus quoque antiquus auctor et gravis, tum multa alii toto suo libro, tum illud breve quidem verbis, sed re multo complectens (c), monasterium esse quoddam cælum terrenum, et ideo quo affectu ac reverentia credimus angelos ministrare Deo, eadem nos etiam fratribus nostris ministrare debere.* Laudat eundem toto passim suo libro de bono status religiosi, uti et Rosignolius, Dionysius Carthusianus tironibus sæ religionis legendum proposuit (d).

Ludovici Granatæ locum infra gradu quinto adducam.

In Menæis porro exstant ad horas illius canonicas odæ et hymni et cantica in laudem nostri Climaci. Unum aut alterum exempli causa subjiciam: Πάτερ Ἰωάννη δαιε, ἐκ παντός ἀληθῶς; τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι τὰς ὕψωσεις ἑρπυες, μελετιῶν πρακτικώτατα, τὰ θεόπνευστα λόγια πάνσοφει, καὶ τὴν ἐκείθεν ἀναπηγῆζουσαν χάριν ἐπιλούησας, γεγονῶς μακάριος τῶν ἀσέβων πάντων τὰ βουλεύματα καταστρεφόμενος. *Venerande et sapientissime Pater Joannes, tu vere omni ex parte exultationis Dei in gulture, meditationum exercitissima et a Deo suggesta oracula proferbas, et inde magnos gratiarum thesauros tibi comparasti: beatus effectus omnium impiorum impia consilia evertisti. Πάτερ Ἰωάννη ἐνδοξε, ταῖς τῶν δακρῶων πηγαῖς τὴν ψυχὴν καθαιρόμενος; καὶ παννύχως στάσεις: διασκέμενος, ἀνεπερώθης πρὸς τὴν ἀγάπην τὴν τοῦτου, μάκαρ, καὶ ὠραιώθησας, ἧς ἐπαξίως νῦν ἀπλαυεῖς ἀληθεα χαρμονικῶς μετὰ τῶν συνάθλων σου, θεόφρον δαιε. Glorioso Pater Joannes, qui lacrymarum fontibus animam expoliisti, et totorum noctium assidua statione Deum propitiasti, tu alis caelestibus sublimatus ad dilectionem Dei evolasti, et cum tuis commilitonibus venerande, cultor Numinis, illius pulchritudine et decore merito cum ingenti gaudio jam perfrueris.* Hoc genus laudes et hymni plures ibidem sequuntur, quos indiguisse hic satis est.

CAPUT IV.

De variis Climaci interpretibus, scholiasticis, editionibus, notæque interpretationis et editionis causis.

Primus omnium interpretes Climaci, quod sciam, fuit Angelus de Cingulo e S. Francisci contubernio, Patrum Clarenorum conditor, qui sub annuū Christi 1294, Adolpho imperatore, arctius vitæ genus, Coelestino V pontifice magno auctore, in monte Claro Anconitanæ provinciæ molitus est. Ita de hoc J. Gonzaga in Historia Ordinis sui: *Horum PP. Clarenorum antesignanus fuit doctissimus quidam pater ac frater Angelus de Cingulo, quod Anconitanæ Marchiæ oppidum est, cujus in sacris concionibus facultia atque doctrina, nec*

(a) Serm. in solemnitate omnium SS., pag. 692. tom. II.

(b) Pag 12

(c) Grad. 4.

(d) Exhort. ad novit., art. 9.

non Græcæ linguæ peritia illis temporibus mirabilis fuit. Nam et Joannis Climaci piissimum opus et Macarii dialogum, et libellum quemdam D. Joan. Chrysostomi polito elegantissimo stylo ex Græco in Latinum transtulit. Hæc Gonzaga. Legi de eodem alicubi et annotavi in Notis ad Pastorem Climaci, hunc eundem Angelum de Cingulo Græcæ linguæ cognitionem velut Ephrem olim divinitus accepisse. Sed enim Ambrosius Camaldulensis inficias it Climacum ab Angelo de Cingulo polito et elegantissimo stylo e Græco versum. Negat Clarenum hunc aperte et plane transtulisse, sed obscure potius et intricate, dum verbum verbo redderet, unde fieri necessario, ut linguæ nativæ seu Latinæ genium percat: negat utriusque linguæ peritum fuisse, et quamvis Angeli nomen non exprimat, ita tamen describit et depingit illum, ut res oculis tangi possit. Accipe verba Camaldulensis (a) ad venerab. P. Matthæum præsidem ipsius: *Hortatus es, domine amantissime, et merito venerabilis pater, ut fratrum nostrorum commodis consulens beatissimi viri Joannis (cui ob insignem puto eruditionem Climaci cognomen fuit) opus illud egregium, in quo totius monasticæ perfectionis norma rectissime traditur, meo labore et studio in Latinum nova translatione conrtererem. Atebas enim priorem illam interpretationem tibi parum satisfacere, viderique ad intelligendum difficillimam; difficultatis ipsius causam conjiciens, quod is scilicet qui prior transtulit, quicumque tandem ille fuerit (nam temere id definire non audeo), nimium inhæsisset litteræ, atque contra veterum eruditorum præcepta de verbo ad verbum transtulisset; exspectabasque a me, ut sensum illius viri apertius atque lucidius promerem. Id ego negotium, etsi, præterquam erat laboriosum, plurimorum etiam patere morsibus non ignorabam (neque enim deerunt qui me superfluum quemdam, et quod gravius sonat, arrogantem et temerarium insimulent, qui post priorem illum interpretem, quem affatum Spiritu sancto id opus transtulisse, pertinacius fortasse quam consideratius asseverabunt, denuo transferre ausus sim), pro viribus perferi. Subjungit deinde idem Camaldulensis: *Præterea translationem illam esse obscurissimam ne ipsi quidem negabunt: quod ergo crimen meum est, si quod ille obscurius transtulit, apertius ipse et aliquando etiam Latinius convertere conatus sum? Porro quam fuerit ille interpres eruditus, quid attinet dicere? contendant isti peritissimum in utraque lingua existisse; ego ubi illis longe dissentiens in neutra satis peritum fuisse veraciter asseverabo: nam Græca pleraque non recte intellexisse, cuilibet ejus linguæ vel mediocriter perito facile constabit: et Latina posuisse qui affirmat sese imperitissimum esse haud obscure significat. Sanctissimum virum illum fuisse hi asserant, facile ac perlibenter consentiam: non tamen quia sanctus fuerit, eruditum etiam fuisse sequitur atque idoneum ad transferendum. Aliud enim sanctitas est, atque aliud eruditio. Imo vero si sanctus fuit, ne id quidem tentare debuit, quod commode implere non posset, neque id onus subire quod virum excederet modum. Facit enim injuriam doctissimo viro, qui illum imperite et rustice loquentem reddidit, sed hæc fortasse liberius quam verecundiæ meæ conveniebat: necessario tamen, ut reor, a me dicta sunt, ne sine causa me transtulisse homines existiment. Cæterum Camaldulensis vixit anno 1480, ducentis nempe uno et triginta annis post Angelum de Cingulo. Interpretationem Angeli de Cingulo editam non vidi, sed existimo illam cujus exemplar habemus ms. in Eberspergeusi sede.**

Alter fuit Climaci interpres et ipse non alti spiritus, pius tamen quantumvis humilis et serpente stylo scriptor. Sed inseruit interpretamenta quædam indistincta a Climaco, quæ interpretis, magno rei litterariæ incommodo, quando hoc pacto Climacus in testem adduci non potest, dum periculum est ne aliena potius quam Climaci verba laudare videaris, atque hoc genus insertas adnotationes desumptas ait Pincius typographus Venetus ex antiqua translatione, simulque auctorem et interpretem excusat. Tres idem agnoscit interpretationes, antiquissimam, Camaldulensis, quem tamen non exprimit, uti nec suæ rudioris interpretationis auctorem. Audiamus Pincium, Epistola ad lectorem: *Cæterum, inquit, cum tres ferantur præsentis opusculi esse translationes, hanc omnium infimam, atque in ipso verborum contextu humillimam accipere consilium fuit, quo parvulis et eloquentiæ inexperitis magis pervia foret sententia. Verum ipsa verborum tenuitas haudquaquam debet quempiam offendere aut deterrere. Ut enim debilis est stomachus qui non nisi delicatum admittit cibum, ita et mens imbecillis, quæ potius verborum lenocinio quam sententiarum ubertate pascitur, et tunc potissimum cum de recta morum institutione agitur, ubi sensa ipsa magis quam dictionum series ponderanda sunt. Quocirca sapientibus hujus mundi, et ea quidem sapientia, quæ Deo inimica est, non sapient hoc opusculum, nisi stulti in Christo fieri laborent; et tunc demum veram sapientiam apprehendent. Nonnunquam tamen eodem contextu adjiciuntur huic translationi pauca quædam adnotamenta atque elucidationes ex antiqua translatione desumptæ, quibus omnia captu faciliora evadant.*

Tertius metaphrastes seu interpres Climaci est Ambrosius, qui a sacra familia sua Camaldulensis cognomentum accepit, sine dubitatione prioribus longe anteponeendus, de quo ita Ant. Possevinus (b) a Climaco orsus: *Joannes Climacus abbas in monte Sinai, sermones Græce conscripsit, quibus tanquam gradibus triginta annorum vitæ Christi Domini discere quisque potest ascensionem ad perfectionem vitæ et Christianæ et monasticæ atque religiosæ. Versus autem erat Latine antea, sed non apte, cum Ambrosius Camaldulensis monachus cum iterum e Græco in Latinum convertit, et Michael Isseltius notis illustravit: quare versio admittenda est, quæ Colonia prodit apud Arnoldum Mylium anno 1583, et antea Venetiis*

(a) Præfatio suæ editionis.

(b) Appar. sac., pag. 156.

anno 1569; sed et antea ibidem anno 1531, apud fratres de Sabio. Quin et factus Italice editus est anno 1585, Venetiis apud Petrum Marinellum. Porro dum quisque gradum seu sermonem aliquem Joannis Climaci percurreret, meminerit ad operis calcem exstare declarationem quamdam brevem rerum magis notabilium, quæ in unoquoque gradu sive sermone continentur. Quin et libro Joannis Climaci adjuncta est tum vita ipsius a Daniele monacho, tum Onuphrii anachoritæ a Paphnutio, alias Panuffo, scripta, qui Onuphrius in eremo socius fuit Joannis abbatis montis Sinai, quem Scholasticum appellarunt, et ad quem Joannes Climacus librum suum scripsit. Exstat in Bibliotheca SS. Patrum Margarini. Vivebat anno 340, Eisengreinio. Exstat item Romæ in bibliotheca Vaticana una cum scholiis Heliæ Cretensis (a). Quæ de anno ex Eisengreinio, et Kisengreinio ex Trithemio annotavit, jam supra ostendimus non vixisse Climacum anno 340, sed 560.

Græce quoque Venetiis editum vidimus et legimus, sed is Climacus germanus non est, Græca paraphrasis vel interpretatio est lingua barbara et vulgari, qua vulgus etiam indoctum et illitteratum hodie utitur. Degeneravit enim elegantia Græca in barbariorem non secus ac Latina in Italicam, et ipsam Latinam quæ hodie in omnes pene disciplinas irrepsit.

Cum ergo cognovissem ab non paucis ipsum Climacum, sua, hoc est, eleganti et prisca veterum Græcorum Patrum lingua loquentem audiri legique velle, adeoque magnopere desiderari, quod nulli interpretes mentem illius subinde satis assecuti videantur; quod adhuc factum est nunquam, iugenti sane labore et sudore moliri cœpi, et Climacum ipsum, uti scripsit ipse, et dixit Græce Christiano orbi legendum proponere. Sed quia non plurimi in Olympiis certant, paucique hodie Græciam adent, illorum quoque rationibus consulendum putavi, qui in Græcis parum versati sunt, ut fructum aliquem ex nostris conatibus decerpent. Novam interpretationem nostram novæ editioni adjeci, ut quod ab aliis interpretibus passim erratum est, emendarem, id quod toto opere factitatum, lector qui nostram operam cum aliorum studio volet componere, nullo negotio deprehendet. Et quia scriptor didacticus est, et religiosus viris præcepta vivendi præscribit, ubique brevis esse laborat, ex quo non raro obscuritas sequitur, abundat aposiopesibus et reticentiis, sæpe sententiam lectoris ingenio complendam permittit; nonnunquam ænigmata quoque proponit, et lectoris acumini cognitionem eorum et divinationem relinquit, ita ut Scholiastes ipse Græcus sæpius dicat: Οἱμαὶ ἀπὸ τῶν τοῦτο λέγειν· puto auctorem hoc dicere, ita ipse quoque de mente scriptoris conjectat. Et quia de scholiastis quoque dicturum promisi, tres ibidem recognovi, quorum primus et antiquissimus ipsique Climaco æquævus est, cui et libellum ad Pastorem Climacus inscripsit, quemadmodum ipsius subjectis religiosis Scalam sacram, Joannes Rhaithunus. Fuit autem is amplissimè asceterii ad XII fontes et LXX palmas in Ægypto (b) ad Elim sanctissimus antistes, de quo plura in Notis ad Pastorem: cujus scholia exstant in V volumine Biblioth. Patrum, Parisiis anno 1610 edita; nam in prioribus editionibus non reperiuntur. Si Græci exemplaris copiam habuissem, vertissem et hæc denuo, quod vetus interpretatio parum arideat.

Alter est Elias metropolita Cretensis homo Græcus, qui ingens exegeseon sive explanationum volumen in Climaci scalam composuit, quod propemodum Eustathii symbolas ad Homerum mole sua exæquat: cujus unicum ex nobili inclytæ reipublicæ Augustanæ bibliotheca exemplar accepi, quamvis et capite et calce careat, omnibus paginis exesum, uti toto libro nulla echarta sit sana et integra, ita per viscera libri, pestes chartarum tineæ grassatæ et debacchatæ sunt. Cæterum codex antiquissimus est, et magna cura resartus, et quantum fieri potuit redintegratus, ab erudita manu (nisi ipsum fortasse auctoris autographum fuit) veteri caractere Græco descriptus. Elias porro Cretensis pontifex vixit sub annum Christi 787; fuit in œcumenica synodo VII. Atque hic Eliæ commentarius ad Climacum in lucem nec Græce nec Latine prodiit unquam. Unicum exemplar ms. exstat in Bessarionis bibliotheca, quam hodie serenissimus Venetorum senatus possidet, ad quod aspirare mihi nondum licuit. Nam quod Antonius Possevinus in Apparatu suo ex Vaticana memorat, cum scholiis Eliæ Cretensis haud scio an Scholia tantum sint (et in catalogo Vaticanæ bibliothecæ sine nomine scribuntur), an adjunctus sit auctor: diversæ sunt enim exegeses Eliæ ad Climacum, et Scholia ex illo et aliis ab aliquo anonymo et posteriore decerpta. Non ignorandum tamen alium quoque Eliam Cretensem Hebræum exstare cum Joanne de Janduno, nobilem philosophum, qui libros composuit de primo motore, de mundi efficientia, de Esse et Essentia et Uno: annotationes super dictis Averrois. Sed hic demum, Joannis Pici Mirandulæ, qui anno 1494 vixit, ævo floruit, ut ipse apud Jandunum testatur, pag. 1644, itaque prorsus est diversus ab nostro Elia Cretensi metropolita exegeta Climaci; quod ne quid lector erraret, monendum consui!

Tertius est Scholiastes Græcus et anonymus, cujus unicum exemplar e serenissimi Bororum ducis bibliotheca nactus, male passim ab incauto bibliopego acceptum extremis in marginibus et oris, quæ Scholia continent, dolabra sæpe abrasum. Hæc tamen ipsa, quantum assequi potui, et restitui, et tibi Græce simul et Latine antehac nunquam edita vel translata una cum Climaco representavi. De quibus hoc monere habeo lectorem, primum Scholiasten esse non Eliam Cretensem, sed Cretensi etiam posteriorem, cum auctores in

(a) Maximo Margunio, episcopo Cytherorum, interprete Græco-barbaro, anno 1590.

(b) Vide Adrichomium, p. 211 et 219.

illis laudentur, qui diu post Eliam vixerunt, uti Photius, Marcus eremita et alii. Dein quando Scholion duntaxat sine auctore adducitur, illud esse ex Eliæ Cretensis commentariis decerptum. Auctores vero ab Scholiaste laudati hi sunt :

Litteræ sacræ.
 Antonius Magnus.
 Aristoteles philosophus.
 Athanasius.
 Barsanuphius.
 Basilus Magnus.
 Chrysologus.
 Chrysostomus.
 Chrysozomus.
 David Hieremias.
 Diadochus.
 Dorotheus.
 Ephrem Syrus.
 Evagrius.
 Gabriel solitarius in Latro.

Gregorius Nazianzenus, theologus.
 Gregorius Nyssenus.
 Joannes Carpathius.
 Joannes Damascenus.
 Isaacus, presbyter.
 Isaias, abbas.
 Isidorus Pelusiota.
 Maximus.
 Marcus, eremita.
 Nilus.
 Photius, patriarcha.
 Syncretica.
 Thalassius.
 Theodoretus.
 Theodoros Edessenus.

Quartus est Michael Isseltius Amorfortius vir doctus et aliis ingenii monumentis clarus, qui non ita pridem (1593) editionem Camaldulensis, annotationibus illustravit; in quibus sæpius εὐσέβως nonnunquam etiam ἀπύχως de Climaci sententia conjectat, uti loco cognosces, quando illius in meis observationibus mentionem non semel facturus sum.

Atque hæc de interpretibus et Scholiastis Climaci cognovi. Jam quod ad exemplaria Græca attinet, quibus usus sum in Climaco edendo res ita habet. Dum Augustæ versarer primum in aurea Climaci scripta incidi, quorum cum Græca exemplaria tria e nobili inclytæ reipublicæ Augustanæ bibliotheca nactus essem, primum omnium libellum ad *Pastorem* anno 1606, Græce cum interpretatione mea et Notis in publicum dedi. Aliorum dein impulsu adjeci etiam ad Scalam conscendendam et explicandam. Nam ex bibliotheca serenissimi electoris Boiorum principis quatuor mss exemplaria accepi; ex quibus membranæ sunt optimæ et emendatissimæ; unicum idque minimum, et admodum mendosum, adjuncta, ut dixi, habet Scholia in oris, a vitiosa parumque docta manu descripta, ut mihi sæpe librarius Græcus fuerit emendandus. His duo Augustana adkas, e quibus olim *Pastorem* edidi, et exemplar quod P. Andreas Scottus nostræ familiæ vir Græce Latineque bene doctus, ut ejus opera ostendunt, Antuerpiæ submisit, et illud ipsum ad aliud ms etiam emendatum. Adjunxit idem libro litteras, quarum parem hic subscribo, quod intersit hoc ipsum scire : *En, inquit, libero tandem fidem meam, pater opt. mitto per bibliopolas ad nundinas festinantes Joannis Climaci Græcum meum exemplar cum altero collatum. Illud memoria repeto, acceptum ex ore V. C. Antonii Augustini Turraconensis archiepiscopi, cum forte Roma rediens Hieronymus Osorius Silvensis episcopus Lusitanus ad illum divertisset, quo anno ad superos abiit, promississe se de tot tantisque operibus a se conscriptis colophonem addere velle nova interpretatione Latina Joannis Climaci, adeo illi auctor ille se probat.* His ergo codicibus mss adjutus, priorum interpretum errores et lapsus, etiam Camaldulensis, non paucos deprehendi, uti maluerim de integro Climaci interpretandi laborem suscipere, quam aliena corrigendi, simulque Climacum sua simul et aliena lingua loquentem lectori seu utriusque vocis seu alterius duntaxat gnaro non invidere; et quia multa passim in ipso auctore parim in scholiis et scholiastis obscura dubiaque occurrunt, etiam explanandi studium adhibui, ut expeditam lector haberet legendi et intelligendi operis rationem; et hoc libentius et utilius nobilissimum et antiquissimum scriptorem tractaret, et nocturna versare manu versare diurna non cessaret. In quo nec ego actum egisse videbor, nec posteros in eo cognoscendo operam lusuros spero.

Hoc postremo deprecor, ne quis delicatioris palati aut emunctioris naris lector in hac metaphrasi mea exigit a me nitorem illum vel Tullianum vel Julianum, memor cujusmodi sit scriptum, piùm, inquam, et religiosum, quod omnem fucum et pigmenta lenocinique verborum respuit, et religiosa sua lingua et simplicitate gaudet, quæ scriptoribus religiosis non minus peculiaris est, quam theologis, philosophis, jurisprudentibus medicis, mathematicis, grammaticis. Quid enim absurdius, religiosisque auribus fastidiosius minusque ferendum sit, quam longis verborum circuitibus, periparaphrasibusque uti et *humilitatem*, exempli causa, virtutis Christianæ et maxime religiosæ vocem (quæ prope centies uno capite nominanda et itoranda est), nunc *modestiam animi*, nunc *animi submissionem* et *demissionem* appellare; aut dicere : *modeste* et *submisse* de se sentire, et hoc genus multas adhibere verborum ambages? par est ratio vocum *discretionis*, *compunctionis*, *abnegationis*, *abrenuntiationis*, *orationis*, *puritatis*, *confessionis*, *passionum*, *tribulationum*. Quemvis ab nimium horridis et non necessariis verborum portentis et monstris, quibus ducet veteriores Climaci interpretes abundant, prudens abstinerint, cum multa commode, Latine suavitè, sine quesito etiam fæco proprieque exponi potuerint, ut Climacus etiam multo melius intelligeretur, quam a tam fictis vocum prodigiis, quorum usus etiam nunc pene explevit.

De variis Climaci exemplaribus Græcis mss quæ passim in nobilioribus bibliothecis exstant.

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Et sunt hodie et futuris erunt sæculis præsertim

In religiosis sacrorum et doctorum virorum asceteriis cœnobiis, et collegiis, qui subinde volent ipsos adire fontes et exemplaria Græca manu exarata cognoscere, quibus etiam hæc in re consulendum putavi, atque ex iis quidem codicibus, quos ego, dum primum Climaci *Pastorem* edere, et nunc scalam adornarem, legi, fuere quatuor bibliothecæ Bavaricæ; tres reipublicæ Augustanæ, sed Augustanis non omnibus sum usus Monachii; unus Antuerpia submissus ab Andrea Schotto nostræ societatis viro egregie docto.

Primus codex Bavaricæ bibliothecæ est num. LXXXIV, his verbis signatus: *Joannis Climaci sermones. fol. charta*. Hic codex eleganti caractere scriptus est, nec tamen optimæ notæ.

Alter est num. LXXXVI, cum hac inscriptione: *Joannis Sinaitæ abbatis oratio ascetica, de monachorum exercitationibus, sermones xxx continens, qui Climaces seu gradus dicuntur: sermo qualem deceat esse præpositum. Joannis Sinaitæ abbatis cognomento Scholastici Vita breviter scripta, etc., cod. fol. membrana*. Hic codex e membranæ est optimæ notæ et antiquissimo caractere scriptus, quo plurimum usus sum, ubi de scripturæ varietate certamen fuit.

Tertius est num. sequenti LXXXVII, et falsam habet hanc inscriptionem: *Joannis Raitæ Scala, et alia opera, vita Climaci charta*. Codex hic ἀτέφαλος duas primas paginas habet de aliis rebus perscriptas, quæ nihil ad operis totius rem faciunt; tertia pagina continet epistolam abbatis cœnobiæ Raithu, qua Climacum hortatur ad Scalam conscribendam, a qua epistola is qui catalogum librorum conscripsit, librum totum inscripsit, *Raitæ Scalam*: cum non sit Raitæ seu Raithu, sed Climaci, ut totum opus ostendit, et titulus etiam in extrema libri fronte docet, Ἰωάννου Σιναιτου. Hic idem codex in oris et marginibus per totum librum habet Scholia passim incuria bibliopegi abrasa. Idem codex fuit Photii: ita enim scriptura Græca ad initium libri ubi Raithu abbatis epistola ad Climacum incipit, ὧστε τοῦ ἀμαρτωλοῦ.

Quartus est num. cxiv, qui inter alia habet *Joannis Scholastici sermonem tantum ad Pastorem cum Scholiis, Scalam non continet: est in minore folio, seu majore 4*.

Antuerpianus codex ab Andrea Schotto submissus ad aliud quoque exemplar ms est emendatus, admodum tamen mendosus et ab recenti admodum manu.

Ex reipublicæ Augustanæ bibliotheca tribus codicibus missus usus sum, cum libellum *Climaci πρὸς ποιμένα*, ad *Pastorem* Græce et Latine edere, Augustæ anno 1606. Primus est num. lvi, cum hac inscriptione, quam index præfert. *Climax seu scala Joannis Sinaitæ*. Ejusdem liber ad *Pastorem* fol. memb.

Alter num. liv, idem denuo in charta.

Tertius num. lv, idem auctor denuo cum Eliæ Cretensis episcopi expositione, sed ἀτέφαλος et ἀπους, carieque exesus. fol. charta. Hoc postremo rursus monachii usus sum propter exegeses Cretensis. Est ab erudita manu profectus. Desiderantur a principio duæ epistolæ, vita Climaci, et pars e primo gradu, cætera sunt integra usque ad *Pastorem*, cui finis deest.

Accepi præterea Augusta Climacum Græco-barbarum a Maximo Margunio episcopo Cytherorum translatum, et Venetiis 1590 editum; ejus hæc est inscriptio: Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου καθ' ἑαυτὸν τὸν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν, Κλίμαξ τοῦ παραδείσου, ἢ λόγοι ἀσκητικοί, μὲ τὸς ὁποίους διδάσκειται κάθε εἰς Χριστιανὸς πῶς χρῆσται ἐν πολιτεύσει, διὰ τὴν ἀνάβη εἰς τὴν τελειότητα τῆς μοναχικῆς καὶ Χριστιανικῆς ζωῆς, νῦν πρῶτον εἰς ἀφέλειαν τοῦ Χριστιανισμοῦ λαοῦ ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰς κοινὴν φράσιν μεταγλωττισθέντες παρὰ Μαξίμου Μαργουνίου ταπεινοῦ ἐπισκόπου Κυθήρων. Hoc est, ut ego interpretor: *S. Patris nostri Joannis antistitis monachorum in monte Sina Scala paradisi, sive sermones de disciplina religiosa, quibus Christianus docetur, quomodo vivendum sit, et ascendendum ad perfectionem religiosam Christianæ vitæ, nunc primum ad usum et utilitatem populi Christiani e Græca lingua in communem (seu Græco-barbaram) translatus a Maximo Margunio Cytherorum episcopo*.

Atque his codicibus ego cum in translatione nova tum Scholiis et observationibus usus sum. Exstant præterea in aliis passim bibliothecis, alia missa exemplaria Græca Climaci.

In Vaticana littera I, apud Possevinum, p. xiii, *Joannis Scholastici*, deinceps autem a suo commentario vocati *Climaci* liber continens triginta capita.

Ejus Vita in altero libro.

Protheoria ejus Scalæ in alio libro. Rursus ejusdem capita diversa de ipsa Scala cum Scholiis (Eliæ Cretensis ut alibi docet Possevinus (a) in Climaci verbo) item ejusdem de ratione virtutis.

In Sfortiana Romæ apud Possevinum, p. 23, num. XCVIII, *Joannis abbatis monachorum montis Sinai opera* fol. membrana.

In Vallicellana Romæ *Joannes Climacus*, Possevinus, pag. 27.

Bessarionis bibliotheca Venetiis littera C, apud Possevinum, p. 35.

Climacus cum expositione *Eliæ Cretensis*, fol. magno papyr.

Climacus et Isaac, fol. parvo pergam.

Climacus in-4, papyr.

Medicea bibliotheca Florentiæ apud S. Laurentium

Joannis Scholastici var a.

(a) In Apparatu suo; sed veror ne fallatur: nam in syllabo bibliothecæ scholiorum quidem mentio fit, sed non hæc Cretensis.

Joannis Scholastici scala.

In Florentina apud S. Marcum in pluteo VII, Possev. p. 41.

Vita *Joannis Scholastici*.

Urbini et Pisauri Possev. 42 et 42.

Joannes Climax, de vita monastica.

Joannis Climaci Scala et Sermo ad pastorem.

Messanæ. *Joannis Climaci* abbatis montis Sinai cognomento *Scala*, epistolæ et orationes opus integrum.

Joannes Climaci abbatis montis Sinai cognomento *Scala*, alius codex in-4.

Alius codex *Joannis Climaci* cognomento *Scala*.

Nota. In his codicibus puto legendum cognomento *Scholastici*. Græce haud dubie erit τῆς λη Σκολαστικῆς, quid enim sit Joannis Climaci cognomento *Climaci*, cum *Scala* et *Climax* idem sit.

Viennæ Austriæ in Cæsarea bibliotheca littera C, *Climaci* interpretatio in Scripturam sacram. (Poss. 64.) Nusquam logi, quod meminerim, *Climacum* scripsisse in sacram Scripturam, suspicor esse pseudoepigraphen. Palatina Heidelbergensis (Poss. pag. 98.) num XLIX, *Joannis Scholastici* abbatis in monte Sina Sermones xxx, de totidem virtutibus seu gradibus, quibus ad cælum ascenditur, præmissa ejusdem Vita a Daniele monacho Rhaithino conscripta.

Idem mutilus num. LXXIX. (Poss. 101.)

Idem num. CCCLXXX. (Poss. 123.)

Scoriaci in Hispania bibl. regia. (Poss. pag. 130.) *Joannis Climaci* liber asceticus. Nec dubitare possum quin alia in Græce exstant, in aliis quoque bibliothecis mihi ignotis. Tum enim celebratus apud Græcos hic auctor, adeoque πολυθρύλλητος, et decantatus fuit, uti nullam putem paulo nobiliorem bibliothecam exstare, in qua *Climacis* hic non reperitur. Latinis serius cognitus est, quod primum sub annum 1294 sit e Græco versus, quos si ab annis 1626 subduxeris, manebunt trecenti triginta duo; sed hæc annotasso sit satis.

LITTERÆ SANCTI JOANNIS,

PRÆSIDIS CŒNOBII RAITHUNI,

Ad sanctum Joannem virum admirandum, asceterio in monte Sina præfectum.

Viro excellentissimo cœlitumque amulo, Patri Patrum præstantissimo doctori, Joannes peccatori Raithuni monasterii noster in Domino Salutem.

Cum nobis qui inter postremos sumus incuriosa tua et indiscussa omnique genere virtutum ornata obedientia in Domino non ignota sit, præsertim cum pro data tibi e celo gratia seu talento fructus est colligendus, supplici te libello, et infimis omnino precibus adiimus, illud prophetæ dictum animo complexi: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi*¹. Quapropter tuam summam virtutem, imo apicem virtutum, et communem omnium parentem, optimumque præceptorem, tanquam in religiosæ vitæ palæstra diu præ cæteris Patribus exercitatum, atque ingenii acumine præpollentem supplices convenimus, uti nobis rudibus per litteras aperias quæ ad veteris exemplum Mosis in eodem monte divino [viso] spectaculo dignatus inspexisti, quasque divinæ legis tabulas ab eodem in tuo ad nos docendos (tanquam novos Israelitas, et modo ab actuali mundi Ægypto, vitæque tumultuosæ maris fluctibus egressos) libro destinato inscriptas accepisti. Ergo divina lingua tua anquam virga usus (ope cœlesti) secundum Deum tam admiranda perpetrasti. Rogatus igitur, quæcunque ad religiosæ vitæ disciplinam et officium pro salute nostra strenue in Domino exsequendum

¹ Deut. xxxii, 7.

(a) Mallæm μετὰ Θεοῦ id est σὺν Θεῷ.

A

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

Τοῦ ἡγουμένου τῆς 'Ραῖθου.

Πρὸς Ἰωάννην δειλάστον τὸν Σιναιου δρου ἡγούμενον.

Τῷ υπερφυσίῳ καὶ ἰσαγγέλω Πατρὶ Πατρῶν καὶ διδασκάλῳ τῷ ὑπὲρ πάντων, ὁ ἁμαρτωλὸς τῆς 'Ραῖθου ἡγούμενος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Γινώσκοντες ἡμεῖς οἱ εὐταλεῖς τὴν ἐν Κυρίῳ δικαιοκρίτον σου περὶ πάντων, ὡς καὶ ἐν πάσαις ἀρεταῖς κατακεκοσμημένην ὑπακοήν, καὶ μέγιστα ἔπου ἔ' ἐν ἐπιπερῶσει τῷ παρὰ Θεοῦ δοθέντι σοι ταλάντῳ δίδοι, εὐταλεῖ ὡς ἀληθῶς, καὶ οἰκτρῶ κεχρημέθα συλλαβῆ τὸ εἰρημένον ἐν ᾧ λαβόντες· Ἐρώτησον γὰρ, φησὶ, τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἀρσὺσί σοι. Τοῦτου ἐνεκεν ὡς κοινῷ πάντων πατρὶ πρεσβυτέρῳ τε παρὰ πάντας ἐν τε τῇ ἀσκήσει καὶ τῇ ἀγγιχείᾳ, καὶ διδασκαλίᾳ ἀρίστῳ, διὰ τῶνδε ἡμῶν τῶν γραμμάτων, τὴν σὴν καθικετεύομεν τῶν ἀρετῶν κορωνίδα, τοῦ ἐπιστελλαι ἡμῖν τοῖς ἀμαθέσιν, ἔπει ἐν τῇ θεοκτίᾳ κατὰ τὸν πάλαι Μωσῆα ἐν τῷ αὐτῷ δρει τεθέσσαι, καὶ οἰνεῖ κλάκας θεογράφους τῇ παρ' αὐτοῦ ἐπιστελλομένη πρὸς ἡμᾶς τιμῆ δέλων ἐνδόμενον, εἰς διδασκαλίαν τοῦ νέου Ἰσραὴλ, ἀρίτως τῶν νοητῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς θαλάσσης τοῦ βίου ἐξεληλυθῶτων. Τούτων ὡσπερ ἀντὶ βάρδου τῇ θεοβήμονι σου γλώττει ἐν τῇ θαλάττει μετὰ Θεοῦ (a) ἔθραυματούργησας, καὶ τὰ σὺν μη ἀπαξίωσης παρακαλούμενος εὐχρινῶς τὰ δέοντα τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ, καὶ πρέποντα ἀόκως ἐν Κυρίῳ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ἐγγαράξαι, ὡς μέγας καθηγητὴς ἀληθῶς πάντων τῶν ἐλομένων τὴν τοιάνδε ἀγγελικὴν πολιτείαν, μὴ λογιζόμενος ὡσπεῖαν εἶναι τινα ἢ κο-

λακίαν, τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα. Ἐπίστασαι γάρ, ἅ ἱερὰ ἔντως κορυφή, ὅτι ἀλλότρια καὶ λεγόμενον παρὰ πάντων. Διὸ πεποιθήμεν ἐν Κυρίῳ δέξασθαι ταχέως καὶ περιπτύξασθαι τὰ παρ' ἡμῶν ἐπιζόμενα τίμια ταῖς πλαξίν ἔγχαράγματα καθοδηγούντα ἀληθείας τοῖς ἐπομένους ἀπλανῶς, καὶ καθάπερ κλίμαξ ἐστηρικτὴ μέχρι τῶν τοῦ οὐρανοῦ πυλῶν ἀναβιβάξουσα τοὺς προαιρομένους, ἀδραβῶς καὶ ἀσινεῖς διαβαίνοντας καὶ ἀκαλύπτως τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἴρος. Εἰ γὰρ Ἰακώβ προβάτων ποιμὴν ὢν τὴν τοιαύτην φοβερὰν ὄπτασιαν ἐν τῇ κλίμακι τεθίεται, πόσω μᾶλλον ὁ λογικῶν θρεμμάτων προϊστάμενος, οὐκ ὄπτασιαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργω, καὶ ἀληθείᾳ ἀπλανῆ ἄνοδον πρὸς τὸν Θεὸν παῖσι ὑποδείξαι; Ἐφῆσω ἐν Κυρίῳ, τιμώτατε Πάτερ.

B pedite provehant et deportent. Nam si Jacob ovium duplaxat custos, tremendum ejusmodi in scala spectaculum contemplatus est, quanto magis gregis ratione pollentis magister non visum tantum, sed certum, et absque ullo viarum errore explicatum ad Deum iter omnibus ascendet? Vale, pater in Domino plurimum colende.

IOANNES IOANNH ΣΑΙΡΕΙΝ.

Respondet Climacus Joanni Raithuni cœnobii antistiti.

Ἐπεξέειπεν ὡς κρέπουσιν τῷ σπυρῷ σου καὶ ἀπαθεῖ (α) βίῳ καὶ τῇ καθαρᾷ καὶ ταπεινωμένῃ σου καρδίᾳ, ἦνπερ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πτωχοὺς (β) καὶ πένητας τῶν ἀρετῶν ἀπέσταλκας τιμίαν σου συλλαθῆν, μᾶλλον δὲ ἐπιταγῆν, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν λογὴν κέλευσιν. Σὺν γὰρ ἦν ἔντως, ὄν, καὶ τῆς σῆς ἱερᾶς ψυχῆς ἴδιον, τὸ παρ' ἡμῶν τῶν ἀπαιδευτῶν, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀμαθῶν, διδασκαλίας, καὶ νοθεσίας λόγον αἰτήσασθαι. Συσνήθικα γὰρ αἰεὶ ἡμῖν δὲ ἑαυτῆς τύπον ταπεινοφροσύνης ὑποδεικνύειν. Πλὴν νῦν κἀγὼ ἐκείνο ἐρῶ, ὡς, εἰ μὴ φόβος, καὶ πολὺς ἐὼ κίνδυνος, τῆ; μητρὸς πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπακοῆς τῆς ὁσίας τὸν ζυγὸν ἐξ ἑαυτῶν ἀπορρίψασθαι, ἐπῆρτο, οὐκ ἂν ἀλόγως ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν κατεταλησάμεν. Ἔδει γὰρ σε, ὦ θαυμασία Πάτερ, ἴδει ταῦτα κριθόμενον [πυθόμενον] παρὰ τῶν εὐ εἰδῶτων μαθεῖν ἡμεῖς γὰρ ἐν τῇ τῶν μαθητευομένων τάξει καθεστῆκαμεν. Ἄλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οἱ καθ' ἡμᾶς θεοφόροι, καὶ τῆς ἔντως γνώσεως μύσται ὑπακοὴν ὀρίζονται ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἀδιστακτικῶς τοῖς προστάττουσι παθεσθαι, ἰδοὺ τὰ καθ' ἑαυτοὺς παριδόντες εὐσεβῶς ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτοὺς ταπεινῶς τὴν ἐγχείρησιν πεποιθήκαμεν· οὐχ ὡς τί σοι χρησιμεύουσ, ἢ δηλοῦν ἐκείνο, ἔπερ καὶ εὐ οἶσθα οὐχ ἦττον ἡμῶν, ὦ ἱερὰ κορυφή

JOANNES JOANNI SALUTEM.

Venerandam epistolam tuam dignam sanctitate et emendata vita tua, dignam puro et humili animo tuo ad nos ab omni virtute destitutos mendicos ac pauperes destinatam accepi; vel potius præceptum et imperium cui non sum ferendo. Tuum enim erat, et vere tuum, tuæque sanctæ menti convenientius, a nobis Imperitis rerumque et verborum rudibus disciplinæ et vitæ præcepta flagitare (c), semper enim ipsa virtus tua per suam ipsius submissionem consuevit nobis formam vivendi exemplo ipso præscribere. Ego vero jam et illud profitebor, me nisi metus et ingens periculum, ne sanctæ obedientiæ, virtutum omnium parentis jugum et imperium abjicerem, coercuisset, tam temerarium nunquam futurum fuisse, ut onus, quod impar humeris vires meas excedit, vel susciperem, vel tentarem. Oportebat enim hæc, venerande Pater, oportebat, inquam, hæc ab iis, qui harum rerum perfectam cognitionem habent, cognoscere (d). Nos adhuc inter discipulos profitemur. Enimvero cum sancti Patres nostri et rerum divinarum cognitione probe initiati et cœlestis disciplinæ antistites obedientiam definiant, obsequium quod præcipientibus sine cunctatione præstatur, quamvis id quod im-

SCHOLIA.

(α) Ἀπάθειά ἐστιν ἡ ἀκίνησις ψυχῆς, πρὸς κακίαν. Ἄλλο. Ἰδίον ἀπαθείας διάκρισις ἀληθινή. *Tranquillitas est animæ immobilis ad vitium status. Aliud. Proprium est hujus tranquillitatis vera discretio.*

(β) Πτωχὸς μὲν ἐστὶν ὁ ἀπὸ πλοῦτου κατελθὼν εἰς ἐνδεαν, πένης δὲ ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐν ἐνδείᾳ ὢν. Ὁ δὲ αὐτὸς πτωχὸς εἶναι ὁμολογεῖ, τάχα μὲν εἰς πρόσωπον τοῦ Κυρίου καὶ τοῦτο λέγων πτωχοῦ ὀνομαζόμενος, κατὰ τὸ, «Ὅς δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν πλούσιος ὢν»· πένητας δὲ, καθ' ὅσον πλοῦσιον τίνος, ἀλλὰ τίχτονος ἐνδὸς κατὰ σάρκα ἐχρημάτησεν.

Mendicus est qui ex opibus ad inopiam redactus

est: Pauper, qui principio in egestate fuit David autem se mendicum fatetur fortasse in persona Domini locutus, quem mendicum dixit, quod cum dives esset propter nos inops factus sit. Pauperem vero, quod secundum carnem non divitis alicujus, sed pauperis officia unius filius videri voluerit.

(c) Tam humilem fuisse Joannem hunc abbatem dicit, uti propria ipsius fuerit, quamvis melioris et ductioris, ab aliis tamen vivendi præcepta petere, cum ipse exemplo vitæ omnes doceret.

(d) Cum hac Clinaci mente pugnat interpretatio Camaldulensis, sed hæc germana est.

petatur ultra vires sit, ecce tibi, posthabita impetivitæ meæ conscientia, pie tamen etiam quæ nostram imbecillitatem superant, cum modestia aggressi sumus : non quod utile tibi quid a me offerri possit aut explicari, quod ipse, venerande pater, ignores, aut minus quam nos intelligas (persuasum enim habeo, nec minus ego, sed juxta mecum quivis cordatorum mentis tue aciem ab omni terræ concreione, noctisque et ignorantie effusione repurgatam sine ullo impedimento in lucem divinitatis ferri, ab eaque illustrari); sed veritus ne refractarius per contumaciam, salutis facturam facerem, ad obtemperandum impulsus metu simul et desiderio ductus ad exhauriendum sanctum imperium tuum properavi, promptus quidem obsequi, sed inutiles optimi artificis et pictoris discipulus, tenui et exili nostræ scientiæ penicillo, sinu plicique dictionis stilo, per atramentum solum, singulisque lineis eloquia viva animataque adumbrare duntaxat conatus sum. Ceterum tuum erit, uti magistrorum doctoris et præsidis, quod imperfectum est, coloribus ornare, et illustrare omnesque legum et tabularum præcepta complere. Proinde hunc laborem meum non nisi ad te docendum, absit hoc a me, extremæ dementiæ argumentum, (potes enim in Domino optimorum optime doctorum, non alios tantum, sed nos ipsos cælestibus moribus et disciplinis informare) sed ad nostrum qui tecum est cœtum discipulorum, ab Deo ad religionem electorum, quorum juxta ac tuis ipsius precibus tanquam spe quadam spirituali, quæ inscitiam levet, volum calami expandi, et dictionis nostræ gubernaculum præclaro vestro gubernatori [navarcho] in manus tradidi, cujus juxta ac vestrum omnium appreciationibus ad opus accedo, lectorem precatus, si quis quid in hoc utile animadvertit, fructum hujus optime præsidii nostro non ingratus ascribat : nobis vero solius conatus, et laboris præmium ab Deo sunt enim rudia et ignorantie plena, sed attentus neque enim Deus munerum copiam aut laborum paratum voluntatis conatam copiose remuneratur.

PRÆFATIUNCULA.

Quicumque properant uti sua nomina in librum vitæ referantur, his optimam currendi viam volumus hoc ostendit : quod ubi evolverimus, deprehendemus in eo rationem, quæ quasi manu ducat insequentem, omnique modo provideat, ut illasi nullum ad saxum offendant, quando nobis scalam firmissimam erigit, quæ ab terrenis ad cælestia emittitur, Deumque nobis capiti illius innixum demonstrat, quam, teor, scalam Jacob ille, omnium cupiditatum evorsor et supplantator, in religiose exercitationis titulo requisescens vidit. Age ergo et nos impigre fidenterque hosce ad vitam cælestem ducentes docentesque scilicet radios conscendamus, quorum primus vram loculenter pandit.

(a) σκιά, ad umbro.

(b) ἑαυτοῦ : ad ipsos quod dicitur.

A (πέπειται γὰρ οὐκ ἔγωγε μόνον, οἶμαι δὲ καὶ τῶν εὐφρονούντων ἕκαστος, καθαρθεύει σου τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἀπὸ πάσης γαῖθους, καὶ σκοτεινῆς τῶν σκοτεινῶν ἐπιχύσεως, καὶ ἀπαρμποδίτης τῆς θείῃ φωτὶ ἐπιβάλλειν τε, καὶ ὑπ' αὐτοῦ γαταυγάζεσθαι)· ἀλλὰ τὸν ἐκ τῆς παρακοῆς θάνατον ἐκδιματόμενος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ὡσπερ εἰς ὑπακοῆν συνωθούμενος, πρὸς τὴν παύσασιν σου κέλευσαι φέρῃ καὶ πῶθῃ ἐκλύθῃ, ὡς εὐγνώμων ὑπήκοος καὶ παῖς ἀρχιεὶς ζωγράφου ἀρίστου, τῇ μὲν ψυχῇ ἡμῶν καὶ ἐξιτήλῃ γνώσει καὶ τῇ ἰσχυρότητι προφορᾷ διὰ μέλανος μόνου μουσεῖδῶς τὰ ζῶντα ἐσκακώτες (a) μένον λόγια. Σοὶ δὲ λοιπὸν, ὦ διδασκάλων ἑξαρχε καὶ ταξιάρχῃ, κατελελοιπῶς [καταλελοιπῆς] ἐπιχαλλοπίσαι καὶ τραυῶσαι, καὶ τὰ ἐλλείποντα, ὡς πληροῦθι πλάκῶν καὶ νόμου πνευματικοῦ ἀναπληρῶσαι. Οὐ σοὶ δὲ, οὐδ' αὐτῇ ἡμῶν τὴν ἐγχείρησιν ἐπέστειλα (ἐπαγε! τοῦτο γὰρ ἑσχάτης εὐθείας ἀνεῖν τεκμήριον· ἱκανοὶς γὰρ ἐν Κυρίῳ, οὐχ ἑτέρους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν τοῖς θεοῖς ἐμπροσθὺν ἦθεοί τε καὶ διδάγματασιν), ἀλλὰ τῇ σὺν ἡμῖν παρὰ σοί, ὦ κρατίστην διδασκάλων κράτιστε, μαθητευομένη θεοκλήτη συνοδίῃ, ἧς καὶ σοὶ δὲ ταῖς εὐχαῖς, ὡσπερ νοεραῖς τισὶν ἐλπίσι τῆς ἀμαρτίας κουφιζόμενος, τὸ τοῦ καλάμου ἰστίου τετανωκίως, τῇ κατ' ὄψιν ὑμῶν συγκυβερνήτῃ τὸν τοῦ ἡμετέρου λόγου ὄρακα μετὰ χείρας δεδοικώς, σὺν ἱερασίᾳ πάση τοῦτου πρὸς αὐτοὺς (b) δι' ὑμῶν ἀπέρχομαι, αἰτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀπαντας, εἰ τίς τι ἐν τούτῳ ὀνησιφρόν θεάσεται, τοῦτου τὴν καρπὸν τῷ ἀρίστῳ ἡμῶν ἐπιστάτῃ, ὡς εὐγνώμων, λογίσεται. Καὶ τὸν τῆς ἐγχειρήσεως, καὶ μόνης ὁδοῆναι παρὰ θεοῦ ἐξαίτητοσιν τὴν ἀντάμειψιν· οὐ τοῖς λεγομένοις ἐνατενίζων (εὐτελεῖ γὰρ ἀληθῶς καὶ πάσης ἀγνωσίας ἀνάπλεα), ἀλλὰ τὴν τοῦ προσαγόντος ἀποδεγόμενος Κυριακῆν πρόθεσιν· οὐ γὰρ πλήθει δώρων καὶ χαμάτων, ἀλλὰ πλήθει προθέσεως ἑθεὺς τοὺς μισθούς ἀποδίδωσι.

enixissime deponat, non intentus d'at's nostris, ad promptum laboris pro Christo subeundi animum : magnitudinem spectat, sed alacrem et ad omnia

ΠΡΟΛΟΓΟΣ (c).

Τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφῆναι τὰ ἑαυτῶν ὀνόματα τρέφουσιν ἀρίστην ὁδὸν ὁδοῦ ἔδῃν ἢ παρούσα βίβλος ὑποδεικνύειν πέφυκεν· ἐν αὐτῇ γὰρ διεξιόντες, εὐρήσομεν χειραγωγούσας ἀπλανῶς τοὺς ἐπομένους, καὶ παντὸς [πάντως] ἀπὸ γῆινων ἐπὶ τὰ ἅγια ἐστηριγμένην προβάλλουσας, καὶ τὸν θεὸν ἐπ' αὐτῆς ἐστηριγμένον τῆς κορυφῆς ἐμφανίζουσας· ἦνκερ, οἶμαι που, κίμακα καὶ ὁ πτερνιστῆς τῶν παθῶν Ἰακώβ ἐν τῇ ἀσχητικῇ εὐνή ἀναπαυόμενος τεθέσται. Ἄλλ' ἐπιθώμεν προθύμως καὶ πιστῶς, παρακλιῶ, καὶ ἡμεῖς τῆς νοεραῖς ταύτης καὶ οὐρανὸδρόμου ἀνόδου· ἧς ἡ πρώτη βαθμίδων διδάσκει εὐ μάλᾳ σαφῶς.

(c) Non est Clivaci.

ΠΙΝΑΞ ΑΚΡΙΒΗΣ ΤΟΥ ΒΙΒΑΙΟΥ.

A ACCURATUS LIBRI CAPITUMVE SYLLABUS.

α. Περὶ τῆς τοῦ μυταίου βίου ἀποιεργῆς καὶ ἀναχωρήσεως.

β. Περὶ ἀπυροπαθείας, ἤθλων τῆς λύπης.

γ. Περὶ ξενιτείας, ἐν ἣ καὶ περὶ ὄνειρων νέων.

δ. Περὶ μαρτυρίου τῆς ἀνδρείας ὑπακοῆς.

ε. Περὶ μεταβολῆς μεμνημένης καὶ ἐναρτητοῦς, ἐν ἣ καὶ περὶ τῆς θεωρέτου φιλακῆς τῶν καταδίκων.

ς. Περὶ μνήμης θαλάττης.

ζ. Περὶ τοῦ καθαρῶν πένθους.

η. Περὶ ἀσχημίας ἡπίας.

θ. Περὶ μνηστρακίας.

ι. Περὶ καταλαλιᾶς.

ια. Περὶ σιωπῆς.

ιβ. Περὶ ψεύδους.

ιγ. Περὶ ἀκηδίας.

ιδ. Περὶ γαστριμυρίας.

ιε. Περὶ πορνείας, ἐν ἣ περὶ ἀγγελίας.

ις. Περὶ φιλαργυρίας.

ιδ. Περὶ ἀκτημοσύνης.

ιε. Περὶ ἀναισθησίας.

ις. Περὶ ψαλμοφθίας τῶν ἐν συνοδία.

ιζ. Περὶ διαφορίας ἀγρυπνιῶν.

ια. Περὶ δειλίας.

ιβ. Περὶ κενοδοξίας.

ιγ. Περὶ ὑπερηφανίας, ἐν ἣ καὶ περὶ ἀκαθάρτων λογισμῶν τῆς βλαψημίας.

ιδ. Περὶ ἀπειρήτου, καὶ πρᾶδτητος, καὶ ἀκαλίας, καὶ πορνείας.

ιε. Περὶ ταπεινοφροσύνης.

ις. Περὶ διακρίσεως, ἐν ἣ εὐρήσεις πλουτοῦ.

κα. Περὶ ἡσυχίας, καὶ ἀναχωρήσεως · ἐν ἣ περὶ τηρήσεως τοῦ, ἐν ἣ περὶ διαφόρων ἡσυχίας τρόπων.

κβ. Περὶ προσευχῆς ἀύλου, ἐν ἣ περὶ ὑπομονῆς.

κγ. Περὶ ἀπειθείας.

κδ. Περὶ ἀγάπης · ἐν ἣ καὶ περὶ ἐλπίδος, καὶ πίστεως, καὶ λιμάρειας, καὶ θεολογίας ποσῶς.

Ἐσχόπησεν ὡς ἀρίστως μάλα, ὅτι ἰσάριθμον ἡμῖν τῆς τοῦ κυρίου κατὰ σάρκα ἡλικίας ἀνάβασιν τεκνηνάμενος τῶν τῶν τριάκοντα γὰρ αὐτοῦ ἐτῶν τῆς τελειώσεως τριάκοντα βαθμῶν ἡμῖν συμβολικῶς ἰδεύματος κλίμακα τῆς τὸν κύριον κατεληφότες χρῆνον ἔνομοι καὶ ἀπειστοὶ εὐρεθησόμεθα. Ὁ δ' εὔπω τούτου πεφθακῆς, νήπιος ἔτι, καὶ ἐν πάσῃ μαρτυρίᾳ κερδίας οὐκ ἀπόδεκτος εὐρεθήσεται. Ἡμεῖς δ' ἀναγκαῖον ᾤθημεν, τὸν τοῦ πανσόφου τούτου ἐνθάδε προτάξει βίον, ἐν ὁρῶντες τοὺς κόπους, μὴ ἀπιστῶμεν τῶς δόξασιν.

1. De vana seu profana vite abdicacione et recessu.

2. De evendis affectibus, sive curarum molestiis abjiciendis.

3. De fuga seculi seu peregrinatione in insomniis juvenum.

4. De generosa obediencia martyrio.

5. De accurata et sincera penitentia, simulque de gratissimo Deo carcere sanctorum reorum.

6. De meditatione mortis.

7. De salutari luctu labes animi diluente.

8. De remissione iræ seu miti iræ vacuitate.

9. De abolenda memoria injuriarum.

10. De obrectatione.

11. De silentio.

12. De mendacio.

13. De pigritia quam acediam vocant.

B

14. De gula.

15. De luxuria, in qua de castitate.

16. De avaritia.

17. De studio paupertatis.

18. De extenso animi stupore.

19. De cantu psalmorum in conventibus.

20. De discrimine vigiliarum.

21. De vano timore.

22. De inani gloria.

23. De superbia et impuris blasphemie cogitationibus.

24. De simplicitate, lenitate, innocentia et malitia.

25. De humilitate.

26. De prudentia seu judicio (in rebus agendis) quam vulgo discretionem vocant, in qua thesaurum reperies.

27. De quiete et solitudine, in qua de custodia mentis, et variis generibus quietis.

C

28. De precatione seu contemplatione, in qua et de patientia.

29. De tranquillitate animi ab omni perturbatione vitiosa liberi.

30. De charitate, spe et fide, illuminatione, et nonnihil de verum divinarum cognitione.

Ἀνάσας δεκάτη, ἣν ὁ νικήσας ἀγάπης ἐργάτης
ἢ κίνουος καθίστηται.

Gradum decimum qui vicit, nihil nisi ex chari-
tate agit, in vero luctu constitutus.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ F.

Περὶ καταλαλιῶς.

Σχόλιον ε'.

Ἄκηρυθριασμένοι εἰσὶν κενόδοξοι, γαστριμαργία,
μίσση, πορνεία, κενόδοξια · κρυπταὶ δὲ ὑπόκριται,
καταλαλιᾶ, μίσος, φθόνος, αἱ καὶ φόνον ἐπιτε- B
λοῦσι.

Σχόλιον β'.

Κατάλαλος φυγὴ τριβόλον ἔχει γλώσσαν· ταυτὴν
γὰρ καὶ τὸν ἀκούοντα, ἐσθ' ὅτι δὲ καὶ τὸν καταλα-
λούμενον βλέπτει.

Ἄλλο.

Θάνατος ψυχῆς μίσος κερὸς τὸν πλησίον· ταίχος
ἐστὶ τῶν ἐν γνώσει πολεμούντων· τὸ δὲ φέξαι αὐτὸν,
καταλύει τὸ ταίχος ἐν ἀγνωσίᾳ.

Σχόλιον Ἰσαίου γ'.

Ἐάν τις σοὶ λέγῃ λόγους ἀνοφελεῖς, μὴ θελήσῃς
ἀκούσαι αὐτοῦς, ἵνα μὴ ἀνέλθῃς τὴν ψυχὴν σου, καὶ μὴ
αἰδεσθῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὸ λυπηθῆαι αὐτὸν, C
καὶ μὴ ἀνασῆναι τῶν λογιζομένων λόγους, ὅτι τῇ καρδίᾳ
οὐ παραδέχομαι· μὴ εἰπῆς τοῦτο. Οὐ γὰρ εἰ ὑπὲρ
τὸν πρωτόπλαστον, ὃν ἔπλασεν ὁ Θεὸς τῇ ἰδίᾳ χειρὶ,
ὃν οὐκ ἠφάνισεν ἢ οὐκ ἠλάσεν ὁ Θεὸς τῇ ἰδίᾳ χειρὶ,
καὶ μὴ θέλῃ ἀκούειν· ἔρα δὲ μήποτε φεύγων τῷ σώματι·
βουληθῆς γνῶσαι τὰ ῥηθέντα· ἐάν γὰρ στιγμὴν
λόγου ἀκούσῃς, οἱ δαίμονες οὐκ ἔδωκε τὸ ῥηθὲν ὁ
ἤκουσας, ἀλλὰ φρονεῖ οὖσι τὴν ψυχὴν σου· διὸ φεύγων
φεύγε πανταλῶς.

Σχόλιον Φωτίου Κωνσταντινουπόλεως δ'.

Αἱ περιεργοὶ φύσει κερὸς τὸν κατόρθωμα τοῦ
πλησίον οὐκ ἐθέλουσι βλέπειν· ὀφθαλμοῦσι δὲ κερὸς τὸ
ἐλάττωμα· κἀν μὲν εὐρωσιν, ἤρπασαν καὶ διακω- D
δώνισαν, ἂν δὲ μὴ εὐρωσιν, αὐτοὶ μᾶλλον εὐλωποιοῦνται
καὶ πλάττειν αἰρούμεναι, ἢ κενὴν ἀπαθεῖν τὴν περιερ-
γασίαν ἀνίχονται.

Ἄλλο.

Αἱ δυσμενεῖς γνῶμαι καὶ τὰς χρηστὰς πρόξεις
καὶ τοὺς ὀφελίμους λόγους κερὸς τὸ χεῖρον διαστρέ-
φειν ἀγωνίζονται.

Ἄλλο Ἰσαίου.

Ἐνώπιον ὑψηλόφρονος καὶ νοσοῦντος τὸν φθόνον
μετὰ παρατηρήσῃ; λέλειπεν· ὡς γὰρ σὺ λαλεῖς, αὐτὸς
κοιτῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐξήγγισεν τῶν λόγων σου

40 Psal. LXIII, 7.

SCHOLIA AD GRADUM X.

De obtrectatione.

Scholion 1.

Effrontes et impudentes adolescentulæ sunt, ven-
tris ingluvies, ebrietas, luxuria, inanis gloria: oc-
cultæ autem (et quæ palam honestæ apparent),
hypocresis seu simulatio, obtrectatio, odium, in-
vidia, quæ etiam mortem inferunt.

Scholion 2.

Anima quæ detractionibus est obnoxia, trisulcam
habet linguam: nocet enim et sibi ipsi et auditori,
et illi quandoque cui detrahitur.

190 Aliud.

Exitium animæ est odium erga proximum: pro-
pugnaculum qui illud scienter in hostes vertunt:
carpere autem proximum, est per inscitiam sub-
trahere propugnaculum.

Isaia abbas, 3.

Si quis sermones [perniciosos] inutiles intulerit,
tu ne velis illos audire, ne perdas animam tuam,
nec reverearis ejus vultum, ita ut contristes illum;
nec dicentium verba cura, cum dicunt: Nos hæc in
animum non admittimus; ne dixeris hoc: Non es
melior Adamo protoplasto, quem Deus ipse sua
manu formavit, cui non profuit mala sermocinatio.
Fuge ergo, ne audi; cave etiam, ne, dum declinas
corpore, dicta tamen velis ab aliis (absens) cogno-
scere. Nam si minimam verbi partem aut apicem
audieris, demones non dimittunt dictum quod au-
disti, sed occidunt animam tuam: proinde omnibus
modis quantum potes (detractiones seu inutiles
fabulas) fuge.

Photii patriarchæ Constantinopolitani 4.

Curiosæ mentes ad recte facta alterius seu vir-
tutes nolunt attendere, nec respicere; minimum
vero lapsum peracute cernunt, et si quid deprehen-
derint, arripiunt, exagitant et examinant, si nihil
reperiant, ipsi sibi somnia et imagines fingunt,
potius quam ut ipsi inanem curiositatem suam
abire sinant.

Aliud.

Malignus animus etiam recte facta et utiles ser-
mones in deteriorem partem trahere nititur.

Isaaci.

Cum superbo et invidio caute loquitor; sicut
enim loqueris, pro ratione tui sermonis et sui in
te amoris format ipse in animo suo verborum tuo-

rum interpretationem; et ex bonis tuis accipit argumentum, quo abutitur apud alios ut offendantur, et verba tua transferuntur in mentem ipsius ad materiam et rationem morbi illius.

Α καθὼς καὶ ἀγαπᾷ· καὶ ἐκ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν σοὶ λαμβάνει ὕλην εἰς τὸ ποιῆν ἄλλοις προσκόψαι· καὶ ἀλλάττονται οἱ λόγοι σοῦ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ πρὸς τὴν ὕλην τῆς ἀβώρωσις αὐτοῦ.

191 GRADUS XI.

De loquacitate et silentio.

Expositum est priore capite breviter, quam plenum sit periculi, et nonnunquam subrepat etiam iis, qui videntur religiosi, vitium alios judicandi, aut potius, ut ab aliis judicemur, et ab lingua nostra piectamur. Reliquum est ergo, ut nunc causam aperiamus, et januam per quam id vitium ingreditur, imo vero egrediatur, ex ordine ostendamus. Loquacitas est sedes vanæ gloriæ, per quam se ipsam ostentare, et in scenam ac theatrum solet deducere. Loquacitas est ignorantix argumentum, fenestra obrectationis, scurrilium nugamentorum magistra, ministra mendacii, compunctionis abstersio, auctrix et conciliatrix ignavia, somni nuntia, meditationis distractio, custodia cordis abolitio, fervoris divini frigidarium et gelicidium, orationis languor seu potius extinctio; silentium prudens est parens orationis, a captivitate liberatio, ardoris divini custodia, observatio cogitationum, speculator hostium, luctus carcer, amans lacrymarum, assidua mortis memoriæ effector, suppliciorum æternorum pictor, curiosus iudicii observator, minister salutaris tristitiæ, hostis nimix confidentiæ, religiosæ quietis conjux [comes], ambitiosæ doctrinæ oppuguator, scientiæ augmentum, contemplationis informator, occultus in virtutibus **192** profectus, arcanus in Deum ascensus. Qui suos lapsus agnoscit, facile suæ lingue imperat. Homo verbosus nondum satis in sui cognitionem descendit. Studiosus silentii est familiaris Deo, et arcano quodam modo, dum, cum illo familiariter colloquitur, a Deo illustratur. Silentium Jesu Pilatum ad reverentiam ejus commovit; et quies a sermone vanæ gloriæ nervos incidit. Petrus prolata voce flevit amare, immemor illius qui dixit: *Diri: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea*¹²; et alterius qui censuit præstare e sublimi in terram ruere, quam lingua offenderet. Plura de his tradere supersedeo, quamvis multæ me et improbæ vitiorum strophæ ad id hortentur. Enimvero accepi ego a quodam viro fide digno, qui, de taciturnitate oris mecum colloquutus, affirmavit loquacitatem ex uno horum fontium omnino existere, aut ex vita et consuetudine prava atque incontinentem (lingua enim cum naturale corporis sit membrum, quod didicit, hoc (ut psittacus) deinceps ex usu garrat), aut in iis qui exercentur, ex inani gloria potissimum; hoc tamen cum ex ventris ingluvie nascitur. Quapropter non pauci nec raro coerecito per abstinentiam ventre, vi quadam velut incisus nervis linguam quoque et loquacitatem retulerunt, atque intra septa den-

ΛΟΓΟΣ ΙΑ΄.

Peri πολυλογίας καὶ σιωπῆς.

Ἐῖρηται μὲν ἡμῖν βραχείως ἐν τοῖς φθάσασιν, ὡς ἐπισηαλὲς λίαν, καὶ αὐτοῖς τοῖς πνευματικοῖς εἶναι δοκοῦσι παρεισδύον τὸ (1) κρίνειν μᾶλλον δὲ τὸ κρίνεσθαι, καὶ ὑπὸ γλώττης κολάζεσθαι· νυνὶ δὲ λοιπὸν καὶ τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν θύρην δι' ἧς εἰσέρχεται, μᾶλλον δὲ ἐξέρχεται, ἀκόλουθον ἐν λόγοις τάξαι. Πολυλογία ἐστὶ κενοδοξίας καθίδρυμα, δι' ἧς αὐτὴν ἐμφανίζειν καὶ ἀναπομπεύειν πέφυκε. Πολυλογία ἐστὶν ἀγνωσίας τεκμήριον, καταλαλιᾶς θύρα, εὐτραπέλιος χειραγωγὸς, ψεύδους ὑπουργὸς, κατανύξεως διάλυσις, ἀκηδίας κλήτωρ, ὕπνου πρόδρομος, συνβολίας σκροπισμὸς, φυλακῆς ἀφανισμὸς, θέρμης ψυχρηστήριον [ψυκτήριον, αἰ. ψυχριστήριον], προσευχῆς ἀμαύρωσις σιωπῆ ἐν γνώσει· (2) μήτηρ προσευχῆς, αἰχμαλωσίας ἀνάκλησις, πύρρως φυλακῆ, λογισμῶν ἐπίσκοπος, σκοπὸς πολεμίων, πένθους δεσμητήριον, δακρύων φίλη, θανάτου μνήμη ἐργάτης, κολάσεως ζωγράφος, κρίσεως φιλοπράγμων, ἀδημονίας ὑπουργὸς, παρήρησίας ἔχρηρ, ἡσυχίας σύζυγος, φιλοδιδοσκαλλίας ἀντίπαλος, γνώσεως προσθήκη, θεωρημάτων δημιουργὸς, ἀφανῆς προκοπή, λεληθῆτα ἀνάδασις. Ὁ ἐπιγνοὺς παραπτώματα, ἐκράτησε γλώσσης· ὁ δὲ πολύλογος οὕτω ἐπέγνευ αὐτὸν ὡς δεῖ. Ὁ σιωπῆς (3) φίλος προτεγγίλει Θεῷ, καὶ λεληθῶτως συνομιλῶν φωτίζεται παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἰησοῦ σιωπῆ ἐνέτρεψε Πιλάτον, καὶ ἀνδρὸς ἡσυχία φωνῆς κατήργησε κενοδοξίαν. Λόγον εἰπὼν Πέτρος· ἐθρόνησε πικρῶς ἀμνημονῆσας τοῦ εἰπόντος· *Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδοὺς μου τοῦ μὴ ἀμαρτάνειν με ἐν-γλώσση μου, καὶ τοῦ ἐτέρου φήσαντος, Κρεῖττον πεσεῖν ἀπὸ ὕψους εἰς γῆν, ἢ ἀπὸ γλώσσης. Καὶ πολλὰ περὶ τούτων ἐγὼ γράφειν οὐ βούλομαι, κἄν αἱ τοῦ (4) παθῶν πανουργίαι τοῦτο ποιεῖν προτρέπονται. Πλὴν ἤκουσά ποτέ τινος περὶ ἡσυχίας στόματος πρὸς με φιλοπευστοῦντος, δεῖ εἶπε, τὴν μὲν πολυλογίαν ἐξ ἐνὸς τούτων εἶκτεσθαι πάντως, ἢ ἐξ ἀναστροφῆς καὶ συνθηθείας· πονηρᾶς καὶ ἀκρατοῦς· μέλος γὰρ οὐ φυσικὸν ἢ γλώσσα τοῦ σώματος, καθ' ὃ λοιπὸν παιδευθῆ συνθήθειαν ἀπαιτῆσειεν, ἢ πάλιν ἐν τοῖς ἀγωνισομένοις, καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κενοδοξίας· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐκ τῆς γαστριμαργίας. Διόπερ πολλὰκις πολλοὶ χαλινοῦντες τὴν γαστέρα, βίβ τινὶ καὶ ἀτονίᾳ συγκλιεῖσθαι καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τὴν πολυέπειαν. Ὁ μεριμνήσας ἐξ ὀδοῦ περιέκοψε ἀπὸ τῆς πολυλογίας· καὶ ὁ κτησάμενος πένθος ψυχῆς, ὡς πῦρ ἀπεστράφη πολυλογίαν. Ὁ ἀγαπήσας ἡσυχίαν, ἀπέκλεισε στόμα, ὁ δὲ χαίρωνταις προόδοις, ὑπὸ τοῦ πάθους ἐκ τῆς κέλλης διώκεται. Ὁ γνοὺς ὁσμὴν πύρρως ὑψίστου, ὡς μέλισσα καπνὸν ἀνθρώπων φεύγει· σύνδοσον τὴν μὲν γὰρ ὁ καπνὸς διώκει· τῷ δὲ ἀνθρώπων σύνδοδος ἀντιπράττει.*

¹² Psal. xxxviii, 2.

Ὀλίγων λίαν τὸ ὕδωρ ἀφρακτον κωλύειν· ὀλιγωτέρων A tium concluderunt. Qui excessum vitæ semper solite meditatur, linguam jam truceavit. Qui verum animæ luctum sibi comparavit, a fabulis inanibus tanquam ab igne refugit, qui solitudinem amat, jam os observavit. **193** Qui extra cellam vagari gaudet, ab hoc ipso loquacitatis vitio extra cellam propellitur. Qui ignis cœlestis seu divini amoris odorem olfecit, is, velut apicula fumum, ita hominum cœtus odit : illam enim fumus infestat, hunc hominum frequentia et turbæ fugant et persequuntur. Difficile est aquam sine cataractis coercere, difficilius linguam et oris intemperantiam refrenare et domare.

Βαθμὸν ἑνδέκατον ὁ κινήσας, πλῆθος κακῶν ὕφ' ἐν περιέκοψεν.

Qui gradum undecimum ascendit, illo simul vitiorum segetem uno falcis ictu resecat.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΑ'.

Περὶ πολυλογίας καὶ σιωπῆς.

Σχόλιον α'.

Πρὸς αὐτοὺς τοὺς κρινομένους ὅπῃ τῶν κατακρινόντων. Εἰ γὰρ ὁ νοῦς ἐξω γένηται, τὰ οικεῖα καταλιπὼν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων κατασκοπῶν, εἰς τὸ κρίνειν οὐκ ἔρχεται.

Σχόλιον β'.

Σιωπὴ ἐν γνώσει, οὐ μόνον ἐκ τῶν πολεμίων φυλάττει, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ προσεγγίσει αὐτοῦς.

Σχόλιον ἄλλο.

Προβελίς τὴς θύρας, τὰς δι' ὧν ἐπὶ τὸ κρίνειν ἐξέρχεται, δείκνυσι νῦν καὶ τὰς, δι' ὧν εἰσέρχεται· ὡσπερ οὖν πολυλογία ἐξῆγεν αὐτόν, οὕτω καὶ ἡ ἐν γνώσει σιωπὴ εἰσάγει πάλιν αὐτόν.

Σχόλιον γ'.

Ἐὰν φυλάξῃς τὴν γλῶσσαν σου, ἀδελφὲ, δίδοται σοι παρὰ Θεοῦ ἡ χάρις τῆς κατανύξεως τῆς καρδίας, τοῦ θεάσασθαι ἐν αὐτῇ τὴν ψυχὴν σου, καὶ ἐν ταύτῃ εἰσέρχῃ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ πνεύματος· ἐὰν δὲ ἡ γλῶσσά σου νικήσῃ σε, πιστευσόν μοι εἰς ὅπερ λέγω σοι, οὐδέποτε θυνήσῃ ἐξειλιῆσαι ἐκ τῆς σκοτώσεως.

Ἄλλο.

Ἐὰν οὐκ ἔχῃς καρδίαν καθαρὰν, ἔχει κἂν στόμα καθαρόν.

Σχόλιον δ'.

Αἱ γὰρ τῶν παθῶν πανουργίαι ἐμπαθῶς περὶ παθῶν ἐξέρχονται ἡμᾶς πολλὰκις προτρέπονται, ἡγουν περὶ πολυλογίας, περὶ σιωπῆς καὶ περὶ ἄλλων· αἷς ἐγὼ οὐ πειθήσομαι, οὐ γὰρ ἀνέχομαι περὶ σιωπῆς λέγων μακρολογεῖν.

Σχόλιον ε'.

Ὡσπερ σπάνιοι, καὶ παντελῶς ὀλίγοι εἰσι, οἱ δυνάμενοι ὑδάτων ὄρμας κωλύσαι, μὴ πρότερον φράξαντες· πῶς γάρ; οὕτως ὀλιγωτέροι εἰσιν οἱ στόμα ἀκρατέες δυνάμενοι δαμάσαι. Διὰ φραγμοῦ γὰρ ὕδωρ κωλύεται, καὶ δι' ἐγκρατείας ἡ γλῶσσα δεσμεύεται.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Περὶ ψεύδους.

Γέννημα μὲν σιδήρου καὶ λίθου πῦρ· γέννημα δὲ πολυλογίας καὶ εὐτραπέλειας ψεύδους. Πεύδός ἐστιν ἀγάπης ἀφανισμός· ἐπιπορκία δὲ Θεοῦ ἀρνησις. Μη-

SCHOLIA AD GRADUM XI.

De loquacitate et silentio.

Scholion 1.

A condemnantibus ad ipsos judicandos ; animus enim dum extravagatur, et sua negligit, et aliena curat, ad seipsum judicandum non accedit.

Scholion 2.

Silentium cum prudentia seu scientia conjunctum non solum animam ab hostibus defendit, sed hostes nec accedere quidem propius permittit.

Aliud.

Cum exposuisset januas per quas mens ad judicandos alios egreditur, ostendit nunc et illas per quas ingreditur : quemadmodum enim loquacitas mentem eduxit, ita silentium cum prudentia et scientia eandem reducit.

Scholion 3.

Si tuam linguam, frater, custodieris, dabitur tibi a Deo gratia, compunctio nempe cordis, in qua videbis animam tuam, et in hac ingredieris in gaudium spiritus : si autem lingua te rexerit et vicerit, crede mihi, quod dico tibi, nunquam poteris a tenebris mentis emergere.

Aliud.

Si non habueris cor mundum, saltem da operam ut habeas os mundum.

194 Scholion 4.

Nam malitia vitiorum sæpe nos, ut vitiose de vitiosis affectibus disputando excurramus, hortatur, sive de loquacitate et silentio, et hoc genus aliis, quibus ego haud persuadeor ut faveam : neque enim sustineo ut multa de silentio garriam.

Scholion 5.

Ut sunt pauci, imo perpauca, qui aquarum impetum coercere possint, nisi prius aggeres struant, quomodo enim prohibeant? ita pauciores sunt, qui effrene os retundere possint. Aqua per aggerem prohibetur, lingua per continentiam vincitur.

GRADUS XII.

De mendacio.

E ferro et lapide excutitur ignis, ex loquacitate vero et scurrilitate mendacia nascuntur. Mendacium exstinguit charitatem ; perjurium vero negat

Deum. Nemo mihi cordatorum virorum existimet mendacium esse leve peccatum : nam contra nullum vitium tam atrocem et tremendam sententiam sanctissimus Spiritus pronuntiavit. Si perdes omnes qui loquuntur mendacium, ut David Deum allocutus testatur⁴⁴, quid fiet iis qui perjuriis mendacium confirmant? Notavi nonnullos de mendacio etiam sibi placere et applaudere, qui dum per scurrilitatem et vaniloquentiam risum captarunt, sensum pie lugentium, dum illos audirent, miserabiliter exstinxerunt. Dæmones ubi nos animadvertunt a coepta urbanarum facietiarum, quas molesti illi narratores effutunt, auditione tanquam a morbo aliquo pestilente velle recedere tum **195** geminis cogitationibus (tanquam veris rationibus) suaviter captos, detinere conantur, quando nobis suggerunt : Ne contristes narratam ; aut, Ne velis cæteris præsentibus videri sanctior ; ocus te proripe, ne cuncteris. Quod nisi feceris, inter preces ridicula tibi mentis phantasmata occurrunt. Ino non fuge tantum, sed qua potes arte pia improbum illum costum injecta mortis et iudicii mentione dissolve. Præstat enim ut levi aliqua fortasse vanæ gloriolæ labecula aspersus unus omnibus emolumentum auctor existas. Hypocrisis est parens mendacii, sæpe etiam argumentum et materia. Sunt enim qui docent hypocrisis nihil aliud esse quam excoitationem seu meditationem adeoque opificem mendacii quæ conjunctum secum habeat, et connexum mendacium. Qui timore Dei imbutus est, alienus est a mendacio ; habet enim incorruptum iudicem conscientiam suam. Quemadmodum in reliquis omnibus animi morbis discrimen ex damno deprehendimus, ita et in mendacio. Aliud enim iudicium imminet illi qui formidine pœnæ mentitur ; aliud illi qui nullo periculo supplicii proposito audet mentiri. Est qui voluptatis causa mentitur ; est qui propter delicias : est qui mentitur ex urbanitate ut aliis moveat risum : est denique qui per mendacium insidias necit alteri, ut illum damno aliquo mactet. Magistratus per tormenta mendacium profligant sed lacrymarum inundatione penitus exstinguitur. **196** Qui mendacium profert, prælexit dispensationes et exitium animarum, justitiam interpretatur. Architectus mendacii se Raab meretricis exemplum sequi affirmat⁴⁵, et dum se ipsum perdit, aliorum salutem procurare testatur. Ubi nos ab omni mentendi vanitate liberos senserimus, tum demum loco et usu exigente, non sine timore tamen, quandoque licebit caute mendacium subjicere. Infans mentiri nescit, ut et ab omni sceleris improbitate pura anima. Ut vino exhilaratus etiam nolens etionis ebrius non poterit mentiri.

Quisquis hunc duodecimum gradum superavit, omnium virtutum fundamentum posuit.

Α εἰς τῶν εὐφροούντων μικρὰν τινα τὴν τοῦ ψεύδους ἀμαρτίαν εἶναι ὑπονόησαι· φοβερὰ γὰρ ὑπὲρ πάντα ἀποφάται· κατὰ τοῦτου τὸ πανάγιον Πνεῦμα ἐχρήσατο. Εἰ ἀπελείς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, ὡς ἔστιν ὁ Δαυὶδ πρὸς τὸν Θεόν, τί λοιπὸν κείσονται οἱ μεθ' ὧρων τὸ ψεῦδος· συβράπτοντες ; Εἰδὲν τινὰς ἐπὶ ψεύδει σεμνυνομένους, καὶ δι' εὐτραπείας, καὶ ἀργολογίας γέλοια ἐξυφαίνοντας· καὶ τὰ τῶν προσακρωμένων πένθη ἐλεινῶς (1) ἐξαφανίζοντας ἑπὶ τῶν οὐδαίμωνος ἰσοῦν ἡμᾶς ὡς ἐκ λοιμικῆς νόσου τῆς τῶν ἀστειῶν ἀκροάσεως μετὰ τὴν προκίταρξιν τοῦ χαλεποῦ ὑφηγητοῦ ἀναχωρεῖν δεκαμάζοντας, τότε λοιπὸν δυσὸν ἡμᾶς δελεάζειν ἐπιχειροῦσι λογισμοί· Μὴ λυπήσης τὸν ἐξηγητὴν, ὑποβάλλοντες ἡμῖν ἤ. Μὴ φανερώσης σαυτὸν (2) φιλοθεώτερον τῶν παρόντων ἀποκρίσας, μὴ χρονίσας. Εἰ δὲ μὴ, ἐν τῇ προεὐχῇ σου ἔνοιαν γελῶν ἀνατυπώσεις. Μὴ μόνον ψεύγῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν πονηρὸν συνακτῆριον εὐσεβῶς διάλυε, θανάτου καὶ κρίσεως εἰς μέσον ὑπόμνησιν προβαλλόμενος· ἔμεινόν σε γὰρ ἐκ τούτου ἰσως καὶ μικρὰ κενὴ δόξη βαντισθῆναι, καὶ μόνον πᾶσι πρόξενον ἀπωλείας εὐρέθησαι. (3) Ἐπάκρισις μήτηρ ψεύδους πολλάκις, καὶ ὑπόθεσις· οὐδὲν γὰρ τινὰς ὑπόκρισιν ὀρίζονται, ἀλλ' ἢ ψεύδους μελέτην καὶ δημιουργὸν κεκολασμένον καὶ συμπεπλεγμένον ὁ (4) φόβον Κυρίου κτησάμενος, ἐξεντεύσει ψεύδους, δικαστὴν ἀδέκαστον ἔχον τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Ὡς περ ἐν πᾶσι τοῖς πάθιασι διαφορὰν βλάβης γνωρίζομεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ ψεύδους. Ἄλλο (5) μὲν γὰρ τὸ κρίμα τοῦ διὰ φόβον κολάσεως ψευδομένου· καὶ ἕτερον τὸ, κινδύνου μὴ προχειμένου ψεύδεσθαι. Ἄλλος διὰ τρυφὴν ἐψεύσατο, ἕτερος διὰ φιληθονίαν· ἄλλος ἵνα τὸς παροῦσι προξενήσῃ γέλωτα, ἕτερος δὲ ἵνα τῶν ἀδελφῶν ἐπιθουλεύσῃ, καὶ τούτων κακοποιήσῃ. Ἐκ βασάνων ἀρχόντων ἐξαλείφεται ψεῦδος· ἐκ δὲ θαυρῶν πλήθους εἰς τέλος ἀπόλλυται· προφασίζεται οἰκονομίας ὁ ψεύδους· προβαλεῖς, καὶ δικαιοσύνας πολλάκις λογίζεται τὰς ψυχῆς ἀπωλείας. Τῆς Παύλου μιμητὴν ἑαυτὸν τεκμαίρεσθαι ψευδοκλάστης ἀνὴρ, καὶ δι' ἀπωλείας οἰκίας τὴν ἑτέραν σωτηρίαν λέγει πραγματεύεσθαι. Ὅστιαν ψεύδους εἰς ἅπαν καταρυσώμεν, τότε αὐτὸ μετὰ φόβου καὶ καιροῦ καλοῦντος ὑπέλθωμεν. Οὐκ οἶδεν νῆπιον ψεύδος· οὐδὲ ψυχὴ πονηρία· ἐστεργμένη. Ὁ οὖν εὐφρανθεὶς ἀκουσίως ἀληθεύσῃ εἰς πάντα· καὶ ὁ μεθυθεὶς κατανύξει οὐ δυνήσεται ψεύσεσθαι.

Ἀνάθεσις δωδεκάτη· ὁ ἐπιθεδικῶς ῥίζαν τῶν κτηλῶν κίχτηται.

⁴⁴ Psal. v, 7. ⁴⁵ Jusuc II, 1 seqq.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΒ΄.

A

SCHOLIA AD GRADUM XII.

*Περὶ ψεύδους.**Σχόλιον α΄.*

Οἱ ἀκροῦμενοι· βαθμὸς τις ἐστὶ τῶν εἰς μετάνοιαν ἤκοντων, οἱ καὶ προσκλαίοντες λέγονται ἔξω τῶν πυλῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱερέων, καὶ διὰ μετανοίας εὐκρινεῦς καὶ κίθους ἀκρωτάτου τὴν ἀνάκλησιν ἐπιζητούντες· οἱ δὲ τῶν γελοίων τῆς ἀγαθῆς ἐκπίπτουσι ἔργασις.

Σχόλιον β΄.

Ὅστις λαλεῖ ἄλλο, καὶ ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἄλλο ἐν πονηρίᾳ, πῶσα ἢ λειτουργία τοῦ τοιούτου ματαία. Μὴ πολλῶς τινε τοιοῦτον, ἵνα μὴ σπληνῆς ἐκ τοῦ ἰοῦ αὐτοῦ τοῦ ἀκαθάρου.

Σχόλιον γ΄.

Ὁ ὑπεκριτής, ὡς μὲν δοκεῖ λανθάνειν, τὴν ἐκ τοῦ δοκεῖν δίκαιος ἔδξαν θηρώμενος φαίνεται· ἐπειδὴν δὲ φωραθῆ, θανατηφόρος ὑπαιστέχεται λόγους, ταῖς κατ' ἄλλων λοβοροίαις τὴν οικίαν δοκῶν συγκαλύπτειν ἀσημειώσῃ· ἐν ἐχθρῶν γεννήματα, ὡς καλίμβολον παρεκτάσας ὁ λόγος ἀξίους τῆς μετανοίας καρποὺς προετίθειν αὐτῷ ποιεῖν τοιοῦτον, πρὸς τοὺς φαινομένους ἐρόπους μεταποιεῖσθαι τὴν κρυπτομένην τῆς καρδίας διάθεσιν.

Σχόλιον δ΄.

Τὸ ἀγαπᾶν τὴν ἐδέξαν τῶν ἀνθρώπων τίτρεται τὸ φεῦδος· τὸ δὲ ἀνατρέφει αὐτὸ ἐν ταπεινώσει, ποιεῖ τὸν ῥόδον τοῦ Θεοῦ μαίζονα ἐν τῇ καρδίᾳ σου.

Σχόλιον ε΄.

Ἀλλὰ τὴν γλῶσσοῦ σου εἰς τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ ἐν γνώσει, καὶ τὸ φεῦδος φεύγει ἀπὸ σοῦ.

Σχόλιον ἄλλο.

Κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν ψευδολογιῶν, καὶ τῶν κριμάτων ὁ λόγος· ἢ γὰρ κατὰ ἠθουήν, ἢ ἀπειθήτητα, ἢ ἐδολότητα, ἢ ὑπεκρίσιν γίνεται φεῦδος· ἢ ὅτε καιρὸς καλεῖ ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ πλησίον καταπίσας τὴν ἀληθεύοντα ἀλλάξει ἢ ῥῆμα, ἢ ἦθος, ἢ ὑπέθεσιν· καὶ ἔχεις τὴν Ῥαὰβ, τὸν Δαυὶδ, τὸν Σαμουὴλ· καὶ λόγον μὲν ἀλλάσσει, ὡς ἡ Ῥαὰβ· ἦθος δὲ, ὡς ὁ Δαυὶδ· ὑπέθεσιν δὲ ὡς ὁ Σαμουὴλ ἐπὶ τῇ χρίσει τῷ Δαυὶδ.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ΄.

Περὶ ἀκηδίας.

Εἰς καὶ οὗτος πολλὰκις τῶν τῆς πολυλογίας κλάδων, ὡς καὶ ἤδη φθάσαντες εἴκομεν, ἐστὶ, καὶ πρῶτος ἀπόγονος, λέγω δὴ ὁ τῆς ἀκηδίας. Διὸ καὶ ἀρ-

(a) Audientes erant catechumeni, et penitentes qui post catechumenos consistebant. Vide Bar. t. II, p. 52, et III et IV.

*De mendacio.**Scholion 1.*

Audientes (a): gradus est quidam eorum qui ad penitentiam veniunt, qui et προσκλαίοντες, hoc est *allacrymantes*, vocantur, et extra templorum limina consistunt, et per sinceram penitentiam extremamque luctum petunt, ut admittantur seu revocentur, qui tamen per levitatem suam et ridicula quaedam facta (b) fructu boni operis caruerunt et exciderunt.

Scholion 2.

Quisquis aliud lingua promptum, aliud corde clausum habet per malitiam, hujus tota pietas et servitium divinum est inane: nec te huic tali unquam sociaveris, ne impuro illius veneno inficiaris.

Scholion 3.

Hypocrita quandiu quidem videtur latere, gloriam ex opinione venatus, justus apparet; ubi autem fuerit deprehensus, 197 virulentis et mortiferis calumniis de aliis insperatis, suum dedecus et ignominiam velare velle, huic veluti genimini viperarum, et veteratori præcepit Del verbum, ut fructus dignos faceret penitentis, hoc est, ut occultum et tectum simulatumque cordis sensum mutet, et mores illos sincere induat et exhibeat, quos antea simulabat.

Scholion 4.

Mendacium parit ambitionem gloriæ humanæ. Mendacium autem per humilitatem delere et extinguere, excitat majorem in corde tuo timorem Dei.

Scholion 5.

Eradi linguam tuam ad verbum Dei in cognitione, et tergum vertet fugietque abs te mendacium.

Scholion 6.

Pro varietate mendaciorum et judiciorum nascitur oratio: aut enim propter voluptatem aut urbanitatem, aut dolum seu fraudem, aut simulationem seu hypocrisiam fit mendacium, aut cum usus exigit [cogente temporis necessitate] pro alterius salute, quando inducit vera dicentem ut mutet verbum, aut habitum oris et corporis, aut argumentum rei. Et habes exemplum Raabæ, Davidis, Samuelis: verbum variat ut Raab; habitum ut Davidi; argumentum et causam ut Samuel uncturus Davilem in regem.

GRADUS XIII.

De tædio seu acedia.

Et hic surculus unus est ex loquacitatis, raris uti supra docuimus, et ex nepotibus primus, acedia ipsam. Proinde convenientem illi locum in im-

(b) Penitentium irrisionem. An riserunt ritus? an penitentiam simulaverunt, ut Climacus dicit, et aliorum lacrymas deriserunt?

proba vitiorum catena assignavimus. Acedia est animi remissio, mentis enervatio, neglectus religiosæ exercitationis, odium professionis, laudatrix rerum secularium, quæ non **198** verecundatur Deum ipsum calumniari, quod sit durus et immitis. Languida est in sacra psalmodia, ad preces infirma, ferrea ad ministeria, impigra ad labores externos, fieta ad parendum. Vir obediens nescit quid sit ignavia, per actiones externas mentem perficit. Cœnobium repugnat acedie. Virum solitarii ubique comitatur acedia, nec ante mortem illum deserit, sed ad finem usque vitæ quotidie oppugnat. Ubi anachoretæ cellam videt, subridet, et propius accedens, juxta illum sedem ponit. Medicus ægros mane invisit : acedia religiosos sub meridiem. Acedia gaudet frequentia hospitium, et inonet anachoretam, ut operæ pretium faciat, quo possit elemosynas largiri : hortatur ut ægri strenue invisantur, in memoriam revocando illud Christi : *Infirmus eram, et venistis ad me* ⁴⁶; rogat ut ad desperabundos et pusillanimes adeamus, suggerendo consolandos esse pusillanimes, cum ipsa sit pusillanimitas. Inter preces negotia quadam tanquam necessaria suggerit, et nullum non movet lapidem ut nos stulta velut sapienti capistro a precibus avellat. Tribus horis ante cœnam spiritus acedie tentat religiosos, et nunc horrore percillit, nunc dolore capitis, nunc febris, nunc vertigine torquet. Hora nona (quæ tertia est apud nos pomeridiana) imminente, aliquantulum respirat. At mensa jam posita, exsilit e lecto : ubi tempus precandi redit, rursus corpus graveline languet. Inter ipsas vero jam preces versantem **199** somno totum mergit et irrigat, fœdisque et importunis oscitationibus et gannitibus versum ex ore psallentis subripit. Carteris vitiiis singula singulas virtutes enervant ; acedia vero religioso mortem affert generalem. Generosa mens emortuum animum in vitam revocat. Acedia vero et ignavia totum virtutis thesaurum dissipat. Sed cum hoc vitium sit unum ex octo capitalibus gravissimum, superest ut de eo perinde atque aliis tractemus. Sed et hoc addendum ; intermisso psalmodiarum cantu, acedia notari non potest : peracto vero penso oculi recluduntur [aperiuntur]. Acediæ tempore apparent ii, qui sibi vim inferunt violenti : nihil enim est quod tot coronas pariat monacho, quot pugna cum acedia. Observa, et deprehendes ab illa, insistentes pedibus suis oppugnari, sedentes ut in cellæ parietes inclinent et circumspiciant invitari, et stuporem somniumque pedibus excitent. Qui luget animam suam, liber est ab acedia. Enim vero vinciat et hic tyrannus a memoria priorum peccatorum, et diverberetur ab opere manuum et labore, tractus a meditatione futurorum honorum, et (velut ad tribunal) consistens, ut par est interrogetur : Age, latere, cessator

A μόλις οὐσαν αὐτῷ τάξιν ἐν τῇ πονηρᾷ ἀλύσει ἀπενείμαμεν. Ἀκηδία ἐστὶ πάρεσις ψυχῆς (1), καὶ νοδὸς ἐκλύσις, ὀλιγοψία ἀσκησεως, μέτος τοῦ ἐπαγγέλματος, κοσμικῶν μακαρίστρις, Θεοῦ διαβλήτωρ, ὡς ἀσπλάγχχνου καὶ ἀφιλανθρώπου, ἀτονία ψαλμωδίας, ἐν προσευχῇ ἀσθενοῦσα, ἐν διακονίᾳ σιθηρᾷ, ἐν ἐργασίῳ ἄκονος, ἐν ὑπακοῇ δόκιμος (α). Ἄνηρ ὑποτακτικὸς ἀγνώριστος, διὰ τῶν αἰσθητῶν τὰ νοητὰ κατορθωκῶς. Κοινόδιον ἀκηδίας ἀντίπαλον (2)· ἀνδρὶ δὲ ἡσυχαστῇ σύζυγος αἰώνιος, πρὸ θανάτου αὐτοῦ οὐ μὴ ἀποστήσεται· καὶ πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ καθημέραν παλαίσει. Κέλλαν ἀναχωρητοῦ ἰδοῦσα ἐμετίσασε, καὶ προσεγγίσασα αὐτῷ πλησίον ἐσκήνωσεν (3). Ἰατρὸς νοσοῦντας ἔωθεν ἐπισκέπτεται· καὶ ἀκηδία ἀσκαῦντας περὶ μέσον ἡμέρας. Ξενοδοχεῖα ἀκηδίας ὑποβολή, καὶ ἐλεημοσύνας δι' ἐργασίῶν δυνάμει ἐργάζεσθαι. Ἐπισκέπτεσθαι ἀσθενοῦντας προτρέπεται προθύμως, ὑπομιμνήσκουσα τοῦ λέγοντος· Ἄσθενής ἤμην καὶ ἤλιθετε πρὸς με. Πρὸς ἀθυμοῦντας καὶ ὀλιγοψύχους δυνάμει ἀπέρχεσθαι· παρακαλεῖν τε τοὺς ὀλιγοψύχους ἢ ὀλιγοψύχος ὑποδάλουσα· ἐν προσευχῇ σταθέντας ἀναγκαίων πραγμάτων ὑπομιμνήσκει, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ποιεῖ ἐκείθεν ἡμᾶς ῥοδιὰ εὐλόγιῳ ἀποσύραι ἢ ἄλλοις. Τρίωρον φρίκην καὶ κεφαλαγίαν, πρότερόν τε καὶ στρόφον ἀκηδίας δαίμων πεποίηκε. Τῆς ἐναντίας καταλαβούσης μικρὸν ἀνένευσε· τῆς τε τραπέζης τῶ θείσης, τῆς στρωμνῆς ἐπέδησε· καὶ τῆς εὐχῆς καταλαβούσης πάλιν τὸ σῶμα βεβάρηται. Ἐν προσευχῇ σταθέντα τῷ ὑπνῷ ἐθάπτισε, καὶ χάτμοις ἀκαίροις τοῦ στόματος τὸν στίχον διεφρασεν. Ἐὰ μὲν λοιπὰ πάθη μὴ τι εἰς ἀρετὴν ἕκαστον αὐτῶν κατήργηται. Ἀκηδία δὲ τῷ μοναχῷ περιεκτικὸς θάνατος· ἀνδρεία ψυχῆ νοῦν ἀποθανόντα ἀνέστησεν· ἀκηδία δὲ καὶ ὀκνηρία ἔλον τὸν πλοῦτον ἐσκόρπισεν. Ἐνδὸς καὶ τούτου καὶ πάντων βαρυτάτου τῶν ὑκτῶ τῆς κακίας προστατῶν ὑπάρχοντος κατὰ τὴν ἐκείνων ἀκολουθίαν, καὶ ἐν τούτῳ ποιήσωμεν. Πλὴν κἀκεῖνο προσθήσομεν· ψαλμωδίας μὴ παρουσίας, ἀκηδία οὐ φαίνεται· καὶ κανόνος τελεσθέντος ἑθθαλμοὶ διηνοιχθήσαν. Ἐν καιρῷ ἀκηδίας οἱ βιασταὶ φαίνονται· οὐδὲν γὰρ στεφάνους προξενεῖ ὡς ἀκηδία μοναχῷ. Κατανόησον, καὶ εὐρήσεις ἐν τῇ στάσει τῶν ποδῶν παλιούσαν· καὶ ἐν καθέδρᾳ ἀνακλίνειν δοκιμάζει, τῷ τοίχῳ τὸν κέλλης παρακίπτειν προτρέπεται, ψόφου· καὶ κτύπου ποδῶν ποιοῦσα· ὁ αὐτοῦ πενθῶν ἀκηδίαν οὐκ οἶδεν. Δεσμεῖσθω καὶ οὗτος ὁ τύραννος ὑπὸ μνήμης πταισμάτων, καὶ τυπτέσθω ὑπ' ἐργασίῳ· συρβόμενός τε ὑπὸ ἐννοίας τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ παραστίας τὰ προσήκοντα ἐρωτάσθω· λέγε λοιπὸν σὺ, ὃ παρεμίμνε καὶ ἐκλυτε, τίς ὁ τετακώς σε κακῶς; τίνας οἱ σοὶ ἀπόγονοι; τίνας δὲ οἱ σε πολεμοῦντες; καὶ τίς ὁ σοῦ ἀναιρέτης; Ὁ δὲ φησιν, Ἐν τοῖς μὲν ἀληθείᾳ ὑπὸ κείνης οὐκ ἔχω ἐγὼ πρὸ τῆν κεφαλῆν κλίνειν· ἐν οἷς δὲ ἔχω, καὶ ἡσυχίαν συνδίδωμι τοῖς. Αἱ δὲ μοῦ κλίττριαι πλε-

⁴⁶ Math. xxv, 26.

(1) Loge δόκιμος, quamvis omnia exemplaria habent δόκιμος, contra sensum.

σταί· ποτὲ μὲν ἀναστρέφει φιλῆς, ποτὲ δὲ ἀμνη- A
μοσύνη τῶν ἄνω· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὑπερβολὴ καυμά-
των (α)· ἐμοὶ ἀπόγονοι μεταβάσεις τόπων σὺν ἐμοὶ
γινόμεναι (β)· παρακοὴ πατρὸς, ἀμνημοσύνη κρι-
σεως· ἔστι δὲ ὅτε καὶ καταλείψεις τοῦ ἀπαγγελέματος·
αἱ ἐμοὶ ἀντίδοχοι, ὅφ' ὧν δέδεμαι νῦν, ψαλμοῖα σὺν
ἐργοχείρῳ· ἐμοὶ ἐχθρὸς, θανάτου ἔννοια· ἡ δὲ ἐμὲ
θανατοῦσα (δ), ἐστὶ προσευχὴ μετὰ ἐλπίδος βεβηχίας
τῶν καλῶν. Τίς δὲ ὁ τετοκῶς προσευχὴν, αὐτὴν ἐρω-
τήσατε.

ei improba progenies sunt locorum frequentes mutationes mihi ingenitæ; inobedientia erga religiosum patrem, oblivio iudicii, et nonnunquam neglectus votorum. Adversarii mei sunt a quibus nunc vincetus teneor, psalmodia et labor: hostis, mortis meditatio. Quæ demum omnino me conficit et mactat, est oratio cum spe certe futurorum honorum. Orationem vero quis (b) genuerit ipsam interrogate.

Τριακαίδεκάτη νίκη, ἣν ὄντως ὁ κτησάμενος ἐν B
παντὶ, δόκιμος κατέστηκε καλῶ.

et piger, quis te talem tam male genuit parens, et qui sunt improbi nepotes tui, quique hostes tui qui te perimunt? Qui, inquit, sunt germani obedientiæ discipuli, in his non habeo ubi reclines caput meum: in quibus vero locum habeo, sunt qui in solitudine versantur, quibuscum dego semper. Quæ porro me **200** vocant et accersunt, sunt plurimæ. Aliquando est quidam animi stupor, alias oblivio rerum cælestium: est ubi etiam magnitudo laborum et sudorum me invitat. Mei demum nepotes, Qui hanc tertiam decimam victoriam de acedia retulit, in omni virtutum genere excellit.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΓ'.

Περὶ ἀκηδίας.

Σχόλιον α'.

Ὅτι ἡ ἀκηδία ἐν προσευχαῖς καὶ ψαλμοῖαις ἀν-
δραγεῖται, ὑπτιούται δὲ καὶ καταβρόχνηται ἐν διακονίαις καὶ ἐργοχείρῳ· καὶ θρασεῖς μὲν ἐργάζεται· τοὺς χαύνοους, ὑπ' αὐτῆς πολεμουμένους, ἐκκελυμένους δὲ πρὸς οὐς τὰ νικητήρια ἔσχεν.

Ἄλλο Θαλασσίον.

Ἀκηδία ἐστὶν ὀλιγωρία ψυχῆς· ὀλιγωρεῖ δὲ ψυχὴ φιληδονίαν νοσοῦσα.

Ἄλλο.

Ἰησοῦν ἀγαπῶν γυμνάζεται ἐν πόνοις· καρτερῶν δὲ πόνων ἐκδιώκει ἀκηδίαν. Ἡ ἀκηδία ἐκ τοῦ μετρωρισμοῦ τῆς διανοίας, καὶ ὁ μετρωρισμὸς ἐκ τῆς ἀργίας τῶν ἔργων, καὶ ἐκ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ τῆς ματαίας συντυχίας, ἢ ἀπὸ γαστρὸς πεπληρωμένης.

Σχόλιον β'.

Ἔως ἀν πάθος εἰς ἔξιν ἔλθοι, σφοδρῶς οἱ πολέμοι συνίστανται· ἐπὶν δὲ ἐν ἔξει· τῇ συνθηλαίᾳ γένηται, μετριοῦται ὁ πόλεμος· καὶ ἡ συνθήχεια τὰ δοκοῦντα εὐθυθόλως ἐπιτελεῖ· τῶν ἡττηθέντων οὖν ὑποχωροῦσι· πολεμοῦσι δὲ τοὺς ἀνταγωνιζομένους κραταιῶς· δύσμαχος τοίνυν οὖσα, κατὰ τῶν εὐχομένων, καὶ ψαλλόντων, καὶ ἡσυχάζόντων κισθολίζεται, καὶ ἀνδριοῦται· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀνδραγεῖται.

Σχόλιον γ'.

Ἐγκαρτερεῖ ἐν τῇ καθέξει τόπῳ τῇ ὀλιγωρίᾳ ἀνθιστάμενος· οὐ γὰρ ἐν τῇ μεταβάσει καὶ μεταστάσει ἔξιμεροῖς τὰ πάθη, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ νοῦ προσοχῇ· ὑπομονῆς ἔχομεν χρεῖαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες τύχωμεν τῶν ἐπαγγελιῶν· ὁ δὲ τῇ ἀκηδίᾳ συμπεριφερόμενος, μακρὰν ἀφέστηκε τῆς ὑπομονῆς, καθάπερ καὶ ὁ νοστῶν τῆς ὑγείας. Οὐκοῦν οὐκ ἐν τῇ ἀκηδίᾳ ἡ ἀρετὴ, ἀλλ' ἐν τῇ ὑπομονῇ γνωρίζεται· ἢ δὲ ὑπομονὴ ἀνανεουμένη κρατύνεται ἐν τῷ τῶν

SCHOLIA AD GRADUM XIII.

De pigritia seu acedia.

Scholion 1.

Pigritia seu acedia dominatur inter preces et psalmorum decantationem: extollitur et tantum non rumpitur in subeundo ministerio et opere laboreque corporis, et superbos quidem facit audaces: qui sub ipsa stipendia faciunt: solutos autem illos, quos jam triumphavit.

Aliud Thalassii.

Acedia est inopia animæ, inops autem mendica est anima, quæ voluptatum affectu laborat.

Aliud.

Qui Jesum amat, exercet se laboribus, laborum autem patientia pigritiam insectatur. Acedia oritur ex elatione animi, elatio ex laborum vacatione et lectione, vano colloquio, aut ex ventris repleti ingluvie.

201 Scholion 2.

Quoad vitium in usum et habitum deducatur, vehementer hostes urgent et instant; postquam vero in habitum ex consuetudine est deductum, tum temperant pugnam: consuetudo enim prompte ea quæ placent, exsequitur; a victis ergo se subducunt (nempe a suis); repugnantes autem et reluctantes acerrime oppugnant. Cum ergo ægre expugnetur, insurgit potissimum adversus eos qui precibus dant operam et psalmodiæ, et vitam solitariam agunt, quos omnibus armis oppugnat et viribus, et est, cum etiam vincit.

Scholion 3.

Persevera in loco in quo resides, et adversus negligentiam luctare: neque enim ferociam passionum mutatione et transitione locorum mitigabis, sed mentis attentione, patientia nobis necessaria est, ut Dei voluntatem perficiamus, et Christi promissiones assequamur; qui autem ab acedia circumagitur, procul abest a tolerantia, sicut et ager ab sanitate. Non ergo in pigritia, sed in patientia cognoscitur: patientia autem renovata redditur ser-

(a) καμάτων habent exemplaria.

(b) Vide scholium Græcum.

tior, dum mens in contemplatione et meditatione futurorum honorum occupatur. Inde enim mens saginata vires mutatur et sumit, quemadmodum corpus e cibis corporalibus.

Scholion 4.

Si ardentem corde præcepta Domini revolveris, animadvertes qui te perturbant, qua ex causa id faciunt, per negligentiam te adducentes, ut locum vitio carentem deligamus, et tamen mox penitentia ducti residemus. Perturbant enim mentem, ut in superbiam elata otio se dedat; sed qui hostium artes et improbitatem norunt, imperturbati persistent, et gratias Deo meminerunt, quod ipsis patientiam largitus sit, ut vim hostium sustinerent: patientia enim et perseverans animi æquitas, et charitas in laboribus et ærumnis, grata ipsa gratias Deo agit. B Acedia vero et negligentia et quietis amor locum querunt ubi laudentur et celebrentur: ex multorum enim laude et gloria sensus illorum ægrescunt, et demum necessario a victricibus passionibus et vitiis captivi trahuntur, perduntque occultam abstinenciam per superbiam et satietatem.

202 Scholion 5.

Egregia et certa erga Deum fides, spes acquirandi divinas promissiones, et perfecta charitas abstinentiæ consuetæ juncta, orationem parium semper intentam et nusquam evagantem.

GRADUS XIV.

De grata omnibus, sed mala ventris domina gula.

De gula dicturi, si unquam alias, nunc maxime contra nos ipsos philosophari statuimus. Miraculi enim loco duco, si quis ante mortem et sepulcrum ab hac domina se in libertatem vindicavit. Gula est hypocrisis ventris, qui satur saturum tamen se negat, et distentus fartusque et prope ruptus, clamat tamen adhuc se esurire. Gula est repertor condimentorum, fons deliciarum, venam (libidinis) hebetasti, aliunde (per gulam) se exserit; hanc occidisti, altera victus es. Gula est oculorum ludibrium, quæ mediocribus acceptis [sobrie pasta] omnia simul exhaurienda putat. Satietas ciborum, est parens libidinis: ventris afflictio est castitatis conciliatrix. Leonem mansuetarius permulcendo sæpe cicuravit; qui blanditus est corpori, illud sæpe magis efferat. Judæus gaudet Sabbato et die festo: monachus gulosus Sabbato et Dominico. Dies numerat ante Pascha, et ante tempus edulia parat. Mancipium ventris cogitat, quibus ciborum deliciis velit diem festum exigere: famulus Dei, quas gratiarum celestium opes sibi velit comparare.

203 Peregrino aliquo adveniente totus in charitatem ex gula effunditur, et suam licentiam interpretatur alterius consolationem. In hospitum presentia putat sibi vinum libandum: sed dum virtutem temperantiæ videtur velle oculere, intemperantiæ mancipium factus est. Vana gloria et gula subinde inter se inimicitias exercent, et de infelici mona-

νῶν προσασχολεῖσθαι τῇ θεωρίᾳ καὶ μελέτῃ τῶν προσδοκωμένων· ἐκεῖθεν γὰρ παινόμενος ὁ νοῦς μεταλαμβάνει ἰσχύιν, καθάπερ καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἰδωδίων καὶ αἰσθητῶν βρωμάτων.

Σχόλιον δ.

Ἐάν μεριμνῆς περὶ τῶν ἐντολῶν ἐν ζεούσῃ καρδίᾳ, κατανοήσεις τοὺς ταρασσόντας ἐκ ποίᾳ σε προφάσειος θορυβοῦσιν· ὀλιγωρία ἀποφέροντας ἐκλέξασθαι τόπον αἰτίας μὴ ἔχοντα, καὶ πάλιν μεταμολόμενοι καθήμεθα· ταρασσουσι γὰρ τὸν νοῦν, ὅπως γένηται μετέωρος καὶ ἀργός. Οἱ δὲ ἐπιγνόντες τὴν κακουργίαν αὐτῶν ἀτάραχοι μένουσιν, εὐχαριστοῦντες τῷ Κυρίῳ ἐν ᾧ ὑπομῆναι ἔδειξαν αὐτοῖς· ἢ γὰρ ὑπομονή, καὶ ἡ μακροθυμία, καὶ ἡ ἀγάπη ἐπὶ τοῖς κόποις καὶ μόχοις εὐχαριστεῖ· ἢ δὲ ἀκηθία, καὶ ἡ ὀλιγωρία, καὶ τὸ ἀγαπήσαι τὴν ἀνάπαυσιν, ἐν ᾧ δοξάζονται ζητοῦσι τόπον· ἐκ τῆς τῶν πολλῶν βέβηξης ἐξασθενοῦσιν αἰ αἰσθητῶν· καὶ ἀναγκάσιος ἢ αἰχμαλωσία τῶν παθῶν καταδυναστεύει αὐτῶν, καὶ ἀπόλλυσι τὴν ἐγκράτειαν τὴν κρυπτὴν διὰ τοῦ μετωρισμοῦ καὶ τοῦ κόρου.

Σχόλιον ε.

Πίστις πρὸς Θεὸν ἐναργής, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν ἐλπίς, καὶ ἡ ταλεία ἀγάπη προσευχὴν ἀρέμωστον ἀποτίκτουσι τῇ περιεκτικῇ ἐγκρατεῖᾳ ἐνωμένα.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Περὶ τῆς καρφίλλου καὶ δεσποίνης κορυφῆς γαστρῶς.

Μέλλοντες περὶ γαστρῶς λέγειν ὡς ἐν ἑκαστῇ νῦν πλείον καθ' ἑαυτῶν φιλοσοφεῖν προσέμεθα (1). Θαυμάζω γὰρ εἰ μήτις τάφον οἰκίσσας, ἐγένετο ταύτης ἐλεύθερος. Γαστριμαργία ἐστὶν κοιλίας ὑπόκρισις (2)· κεκορησμένη γὰρ οὕσα ἐνδειαν ἀναβοᾷ, καὶ πεφορημένη καὶ ῥηγνυμένη κεινῶν ἀνακράζει. Γαστριμαργία ἐστὶν καρυκείας δημιουργός, ἡδυστήτων πηγὴ· καθήρησας τὴν φλέβα, καὶ ἄλλοθεν ἀνέκυψε· καὶ ταύτην ἀσπασίας, ἐτέρᾳ ἠτήθησας. Γαστριμαργία ἐστὶν ὀφθαλμῶν ἀπάτη· μέτρια δεχομένη τὰδε σύμπαντα καταπίνειν ὑπὲρ ὑποπιθεμένη· κόρος βρωμάτων (3), πορνείας πατήρ· θλίψις δὲ κοιλίας, ἀγνείας πρόξενος. Λέοντα ὁ κολακεύσας, πολλάκις ἡμέρωσε· σῶμα δὲ ὁ θεραπεύσας ἐπὶ πλείω ἠγρύωσε (4). Χαίρει Ἰουδαίος Σαββάτου καὶ Κυριακῆ· πρὸ χρόνου τὸ Πάσχα ψηφίζει, καὶ πρὸ ἡμερῶν τὰ ἔθιστα εὐτρεπίζει. Ψηφίζει (5) κοιλιδούλος ἐν τοῖς βρώμασιν ἐορτάσει· ὁ δὲ θείδούλος ἐν τοῖς χαρίσμασιν πλουτήσει (6). Ἐννοῦ ἐπιδημήσαντος εἰς ἀγάπην διος ἐκ γαστριμαργίας κινεῖται· καὶ παράκλησιν ἀδελφοῦ τῆν ἑαυτοῦ κατάλυσιν λογιζεται· ἐπὶ παρουσίᾳ τινῶν τοῦ οἴνου καταλύειν [αἰ. οἴνου λύσιν] ἐσκέφατο· καὶ ἀρετῆν ἐκκῶν κρύπτειν, πάθους δούλος ἐγένετο. Ἐθραίνει πολλάκις κενωδία τῇ γαστριμαργίᾳ, καὶ ὡς ἐπὶ ὀνησίμῳ δούλῳ τῷ ἀθλίῳ μοναχῷ διαμάχονται· ἢ μὲν καταλύειν βιάζεται, ἢ δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετὴν θριαμβεύειν ὑποτίθεται· σοφὸς μοναχὸς ἀμφοτέρων

ἐκφεύζεται, ἐν ὕδατι καιρῶ τῆ ἑτέρα τὴν ἐπίραν ἀποσειόμενος. Τῆς μὲν σαρκὸς σφρυγώσης (7), ἐν παντὶ καιρῶ καὶ τόπῳ ταύτην τιμωρήσωμεν· ταύτης δὲ ἡρεμώσης, ὅπερ πρὸ τάφου οὐ παύομαι, τὴν ἐαυτῶν ἐργασίαν ἀπακρύψομεν. Εἶδον (8) πρεσβύτας ἱερεῖς· ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζομένου· καὶ τοὺς μὴ ὑποκειμένους αὐτοῖς νέους ἐν συμποσίοις, τοῦ οἴνου καὶ τῶν λοιπῶν μετ' εὐλογίας λύοντας. Εἰ μὲν ἐν Κυρίῳ (9) μεμαρτυρημένοι ὑπάρχουσι, μετρίως λύσομεν· εἰ δὲ ἀμελεῖς, μηδὲν περὶ τῆς ἐαυτῶν εὐλογίας· φροντίσωμεν· καὶ μάλιστα εἴπερ τῷ πυρὶ μαχόμενοι τυγχάνομεν. Ἐδόκησεν ὁ θελάτο; Εὐάγριο; τῶν σοφῶν σοφώτερος; τῆ τε προφορᾷ καὶ τοῖς νοήμασι γινώσθαι· ἀλλ' ἐφεύθη ὁ θελάτο; τῶν ἀπρόνων φανεί; ἀπρονόστερος· ἐν πολλοῖς μὲν πλὴν καὶ ἐν τοῦτῳ· φησὶ γάρ (10)· Ὅπηνικα διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ἐν ἄρται στενοῦσθαι καὶ ὕδατι· ὁμοίαν δὲ τι προστέταχε τῶ εἰπόντι τῷ παιδί ἐν [α]. τῷ ἐνὶ βήματι· πᾶσαν ἀναλεῖν τὴν κλίμακα· τοῖνον ἀποτρέποντας αὐτοῦ τὸν ἄρον, ἡμεῖς φήσομεν· Ὅπηνικα διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ, φύσει ὡς ἐπιζητεῖ· διὸ μηχανῆ πρὸς τὴν παμμήχανον χρῆσθεσθα· εἴπερ μὴ, βαρύτερος παρ' ἐστὶ [α]. πᾶρασι· πλεμος ἢ κτώματος εὐθύνας. Περιπέσομεν τίνας τὰ λιπαίνοντα· εἶτα τὰ ἐκκαίοντα, εἶθ' ὄβριος τὰ ἡδύνοτα· εἰ (11) δυνατὸν, δίδου τῆ σὴ κοιλίᾳ τροφὴν ἐμπικλώσαν καὶ εὐτεπετον· ἵνα διὰ μὲν τῆς κλησιμονῆς τὴν ἀπληστον αὐτῆς γνώμην ἀποστήσωμεν· διὰ δὲ τῆς ταπεινῆς διακινύσωμεν, τῆς πυρώσεως ὡς μάστιγος· λυγρῶσθαι. Ἐπισκεψώμεθα καὶ τὰ πλείστα τῶν πνευματούτων, καὶ κινύοντα εὐρήσομεν. Γέλα ἐπὶ τῷ δαίμονι τῷ μετὰ τὸ δεῖκνον ὑπερθεσίμους σε ποιεῖν ὑποκειμένῳ· τῆς γὰρ ἐνάτης τῆ ἑξῆς καταλαβούσης, ἡρήσατο τὴν συνταγὴν τῆς προλαβούσης. Ἄλλη ἢ τοῖς ἀνευθύνοις, καὶ ἑτέρα τοῖς ὑποκίνοις, ἀρμόζουσα ἰγκράτεια· οἱ μὲν γὰρ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν εἰς σημειῶν κέντηται· οἱ δὲ μὴ οὐ θανάτου καὶ τέλους πρὸς τοῦτο ἀπαρκαλήτως· καὶ ἀδιαλήτως διακινεῖται· οἱ μὲν πρότεροι τὴν σύγκρασιν τοῦ νοῦς ἀεὶ φυλάττειν ἐθέλουσιν· οἱ δὲ δεύτεροι διὰ τῆς ψυχικῆς σκυθρωπότητος καὶ τῆς τῶν θεῶν ἐξουμένιζονται (12). Καιρὸς εὐφροσύνης καὶ παρακλήσεως τῷ μὲν τελείῳ ἀμεριμνία ἐν πᾶσι· τῷ δὲ ἀγωνιστῇ καιρὸς κάλης· τῷ δὲ ἐμπικθῆ ἰορτῆ ἰορτῶν, καὶ πανηγυρις πανηγυρίων. Ἐν ὕπνια τροφῶν καὶ βρωμάτων ἐν καρδίᾳ γαστριμάργων· ἐνύπνια δὲ κολάσεων καὶ κρίσεως ἐν καρδίᾳ πνευθούτων. Κράτει κοιλίας· πρὶν αὐτῆ σοῦ κρατήσε· καὶ τότε μέλλεις μετ' αἰσχίνης ἰγκρατεῦσθαι. Οὐβασὶ εὐ εἰρημένον οἱ τῷ ἀρρήτῳ περιττοῦντας βέβρω· εὐνοῦχοι (13) δὲ ἀνδρες ἀπειραστοὶ τούτου. Κοιλίαν περιπέσομεν ἐννοία πυρός· ταύτη γὰρ ὑπακούσαντες τινες, ἔσχατον τὰ μέλη ἐαυτῶν ἐξέκοψαν· καὶ διπλοῦν τεθνήκασιν θάνατον. Ζητήσωμεν, καὶ πάντως εὐρήσομεν τὰ παρ' ἡμῖν ναυάγια ταύτην μόνην ἐργαζομένην. Νοῦς (14) νηστευτοῦ προσέχεται νηφόντως·

cho tanquam venali mancipio digladiantur : altera urget ut jejunium solvat, altera ut de virtute sua (per abstinenciam) triumphet seu gloriatur. Sed cautus religiosus utrumque scopulum declinabit, et suo quamque tempore alteram per alteram ab se repellet. Lasciviente adhuc (per aetatem et valorem) corpore, carnem quovis tempore occasione et loco per jejunia affligamus : extincto vero jam igne lasciviae, quod quidem ante mortem non puto fieri, tum demum virtutem abstinentiae non nihil poterimus celare. Vidi sacerdotes senes a daemionibus delusos, qui juniores, sibi non subiectos, in computationibus per speciem fastae precatiois seu benedictionis per pocula et alia solvant seu corrumpunt. Quod si seniores illi ab aliis virtutis et pietatis testimonium referunt, cum moderatione respondeamus illis : Si negligentes et soluti, nihil curemus illorum benedictionem, praesertim si adhuc in ardore pugnae adversus carnem consistamus. Evagrius (a) ille a malo Dei spirita agitatus, visus est sibi cum loquendo, tum cogitando sapientibus fuisse sapientior, sed deceptus est miser, quando tum in hoc, tum aliis, omnibus demeritis demerentior fuisse deprehensus est, cum ait : Quando anima nostra varia ciborum genera desiderat, pane et aqua emaciat, quod periinde est ac si puero imperaret, ut suo passu totam scalam transcenderet : cujus parum sanam doctrinam nos ita corrigamus. Quando mens nostra varias ciborum delicias escurit, querit id quod naturae animalis proprium est : proinde ingenio singulari contra ingeniosissimam gulam utendum est : quod nisi fiat, gravissimum nobis faciet bellum, aut ruinam laqueos intendet. Primum ergo removeamus a mensa nostra cibos qui nimium saginant ; deinde qui corpus inflammant, postea suaves et gratos. Sed tamen, si fieri potest, praee ventri ejusmodi alimenta quae illum impleant, et facile digerantur, ut per satietatem, inexplebilem ejus aviditatem expleas : hac enim ratione per celerem ejus secretionem seu perfusionem ab ardore nimio tanquam a flagello liberabimur. Attendamus, et sentiamus plerasque animantium quae spirant, etiam sese movere. Ride daemionem qui tibi post coenam suggerit ut consuetum capiendi cibi tempus differas ; hora quippe nona imminente pactum ante tecum initium insciatur. Aliud genus abstinentiae convenit innocentibus, aliud nocentibus : insontes enim pravum corporis motum pro signo habent, sonies autem abstinentiam usque ad mortem et finem sine ulla consolatione et relaxatione severissime custodiunt. Illi priores 205 justum mentis statum ac temperamentum tueri semper conantur ; hi vero alteri per pium animi luctum et compunctionem Deum sibi propitiare student. Tum tempus est consolationis et laetitiae, cum viri perfecti animus ab

(a) Hic Evagrius fuit Origenista. Joannem Eviratam vide cap. 177, pag. 496 ; Rosweid. p. 963, 964, 989.

omnibus mundi curis prorsus est liber et vacuus : A sed qui adhuc cum vitiis certat , adhuc in pugna versatur ; perturbationum vero morbis obnoxius pro suo affectu diem festum ex festo ; et perpetuas agitatur celebritates . Gulosi nil nisi in corde cibos et convivia somniant . Qui vero lugent , iudicia et supplicia aeterna per somnum animo versant . Coerce ventrem , prius quam ab illo coercearis , ne sero nec sine rubore cogaris temperantius vivere . Intelligunt quod dixi , qui in pudendam et tacendam ruinam [peccati] foream incidunt : qua de re nullum habent experimentum eunuchi . Restringamus ventrem aeterni ignis memoria . Nam nonnulli qui huic obdierunt , tandem eo devenerunt , ut ipsi sibi genitalia praeciderent , geminamque sibi mortem corporis et animae inferrent . Inquiramus et omnino intelligemus gulam nobis huiusmodi naufragiorum unicam esse causam et auctricem . Mens jejunantis sobrias fudit preces : intemperantis vero impuris phantasmatum imaginibus repletur et illuditur . Ventris ingluvies et satietas exhaurit fontes (gratiarum) ; ipse vero exhaustus creat aquas . Qui servit ventri suo , et interim conatur spiritum luxuriae vincere , perinde facit atque is qui incendium oleo vult extinguere . Ventre afflicto cor submittit alas superbiae , saginato vero eodem , exsultant **206** cogitationes . Explora teipsum sub primam horam et meridiem , et extremam ante coenam , et fructum jejunii inde discas . Prima dici hora cogitationes adhuc alacres exsiliunt : hora sexta , ad meridiem nempe , sensim remittunt : occidente demum sole omnino debilitantur et concidunt . Frena gulam , et linguam intra os penitus concludes ; per copiam enim esulentorum , lingua vires sumit et roboratur . Quanta vi potes , pugna adversus ventrem , et certa per sobrietatem cum illa ; nam si vel modicum admisit fueris , statim Domini sentias auxilium . Utres mollii laxantur et plus solito capiunt , neglecti vero et arentes , minus recipiunt . Qui ingurgitat se , viscera extendit , qui vero studet temperate vivere , restringit illa ; restricta autem , parum capiunt , et deinceps ipsa natura nos abstinentes reddet . Sitis nunquam sitim exstinguit , sed famem fame pellere difficile est , et nulla ratione fieri potest . Si quando gula te vicerit , laboribus edoma illam : si vero ob infirmitatem non potueris , insomni vigilia saltem aggredere . Oculis jam fatigatis succedat labor . Somno autem te non urgente opus non facias . Nemo enim simul Deo servire potest et mammonae ⁴⁷ , hoc est , mentem intenderē ad Deum et labores . Nec hoc ignorandum , malum gulae spiritum subinde stomacho insidere ut satiari homo non possit . etiamsi totam Aegyptum devoraret , et totum Nilum exhauriret . Post repletum ventrem discedit impius , et immittit in nos impuritatis spiritum , **207** statumque illi ventris saginati exponit . Occupa , inquit , illum , et perturba . Ventre enim

ὀκέ τοῦ ἀκρατοῦς εἰδώλων ἀκαθάρτων πεπληρωται ἡ κοιλίας (15) κόρος ἐξήρανα πηγὰς ἡ αὐτὴ δὲ ξηρανεῖται ἐγέννησεν ὕδατα . Ὁ τὴν ἑαυτοῦ (16) θεραπεύων γαστέρα , καὶ πνεῦμα πορνείας νικῆσαι βουλόμενος , ἑμοῖός ἐστι τῷ μετὰ ἐλαίου σβεννύοντι ἐμπρησμόν . Θλιβομένης κοιλίας ταπεινῶνται καρδία ἡ θεραπευομένης δὲ ταύτης γαυριᾶ λογισμός . Ψηλάφα σεαυτὸν περὶ τὴν μέσην , καὶ περὶ τὴν ἐσχάτην ὥραν πρὸ τῆς βρώσεως ἡ καὶ μαθήσῃ ἐξ αὐτοῦ τὴν τῆς νηστείας ὠφέλειαν . Σκιρτᾶ μὲν πρωίας καὶ πελάζεται λογισμός ἡ τῆς ἔκτης καταλαβοῦσης , μικρὸν ὑπεχάλασε , τῆς δὲ ἡλίου δύσεως εἰς τέλος ἐταπεινώθη . Θλίβε (17) κοιλίαν , καὶ πάντως κλείσεις καὶ στόμα ἡ νευροῦται γὰρ γλώσσα ὑπὸ πλήθους ἐδεσμάτων . Πυκτεῶν πύκτευσ αὐτῇ [πρὸς αὐτὴν] , καὶ νήφων νήψε αὐτῇ ἂν γὰρ μικρὸν πονήσης , εὐθέως καὶ ὁ Κύριος συνεργήσει . Μάλασσόμενοι ἀσχοὶ ἐπειδοῦσαι τῇ χυρῆσει , περιφρονούμενοι δὲ οὐ τοσοῦτον δέχονται ἡ καταναγκάζων γαστέρα αὐτοῦ , ἐπιλάτουνεν ἔντερα ἡ ὁ δὲ ἄγωνιζόμενος πρὸς αὐτὴν , συνέσφιγξε ταῦτα ἡ τοῦτων δὲ συσφιγθέντων , οὐ πολλὰ δέξονται ἡ καὶ τότε λοιπὸν γινόμεθα φυσικῶς νηστεύοντες . Δίψα δίψαν πολλάκις κατέπαυσε ἡ πείνα δὲ πείναν περικόψαι χυρῆσιν καὶ ἀμήχανον . Ὅπταν νικήσῃ σε , ἐν πόνοις δάμαζε αὐτὴν ἡ δὲ καὶ τοῦτο ἀδύνατον δι' ἀσθένειαν . ἀγγυρῆν ἀλάισον πρὸς αὐτὴν . Ὁφθαλμῶν βαρυνόμενων ἐπιλαβοῦ ἐργοχείρου ἡ ὕπνου δὲ μὴ παρίντος , μὴ ἄφει αὐτοῦ ἀδύνατον γὰρ θεῶ καὶ μαμμωνῆ , τοῦτ' ἐστι θεῶ καὶ ἐργοχείρου , παραστήσαι τὴν νοῦν . Γίνωσκε , ὅτι περ πολλάκις ἡ δαίμων τῷ στομάχῳ καθέζεται , καὶ μὴ κορβένυσθαι τὸν ἀνθρώπον παρασκευάζει , κἂν πᾶσαν τὴν Ἀγγυρῶν φάγη καὶ τὸν Νεῖλον ποτιμὸν πῆρ . Μετὰ τὴν τροφήν ἀναχωρεῖ ὁ ἀνόσιος , καὶ τὸν τῆς (18) πορνείας ἡμῶν ἀποστέλλει , ἀπαγγέλλας αὐτῷ τὸ γινόμενον ἡ κατάλαβε , λέγων , θεοῦ βουλήσιν αὐτόν ἡ τῆς κοιλίας γὰρ ἐμπεφορημένης κοπιωθήσῃ ἡ ἔλθῶν ἐμειδίσει , καὶ τῷ ὕπνῳ δῆσας ἡμῶν χεῖρας καὶ πόδας , πάντα λοιπὸν ὅσα ἡδέησεν , ἐποίησεν ἡ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἐν μολυσμοῖς , καὶ φαντασίαις , καὶ ἐκπρίσει καταμιάνας . Θαῦμα ἰδέσθαι νοῦν ἀσώματον ὑπὸ σώματος μολυνόμενον καὶ σκοτούμενον ἡ καὶ πάλιν διὰ πηλοῦ τὸ αὐλονάνακαθαίρομενον καὶ λεπτυνόμενον . Ἐάν τὴν στενὴν καὶ θεβλιμένην ὁδὸν ὀδεύειν τῷ Χριστῷ συνετάξω , στένωσον τὴν γαστέρα ἡ ταύτης γὰρ θεραπευομένης καὶ πλατυνομένης , τὰς συνθήκας ἡθέτησας . Ἐπίσκεψαι , καὶ ἀκούσεις τοῦ λέγοντος (19) , *Πλατῆαι καὶ ἐρύχωρος ἡ ὁδὸς τῆς κοιλίας , ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν τῆς πορνείας ἡ καὶ κολλοὶ εἰσιν ὁ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς . Τί (20) στενὴ πύλη καὶ θεβλιμένη ὁδὸς τῆς νηστείας , ἡ εἰσάγουσα εἰς τὴν ζωὴν τῆς ἀγγελίας , καὶ ὀλίγοι εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς . Ἄρχων δαιμόνων , ὁ πεισῶν ἐωσφόρος ἡ καὶ ἄρχων παθῶν ὁ λαίμυρ τῆς κοιλίας ἡ ἐν τραπέζῃ ἐδεσμάτων ἀνακλινόμενος , μνήμην θανάτου καὶ κρίσεως εἰς μέσον ἄγε ἡ μόλις γὰρ , κἂν οὕτως μικρὸν πάθος ἐμποδίσῃς . Τὸ πόμα πίνων , τοῦ ἔξους καὶ τῆς χολῆς τοῦ*

⁴⁷ Matth. vi , 24 .

σου Δεσπότης μὴ παύσῃ ἐννοῶν· καὶ πάντως ἢ ἐγ-
 κρατεύσῃ, ἢ στενάξει, ἢ καὶ ταπεινότερον ποιήσῃ·
 τὸ φρόνημα. Μὴ πλανῶ, οὐ μὴ τοῦ Φαραὼ ἐλευθερω-
 θῆσῃ, οὐδὲ τὸ ἔνω Πάσχα θεάσῃ, ἂν οὐ πικρίδας καὶ
 ἄζυμα φάγῃ; [γεύσῃ] διὰ παντός. Πικρίδας ἐστὶν
 ἡ τῆς νηστείας βία καὶ πόνος· ἄζυμα δὲ, τὸ μὴ φυ-
 σόμενον φρόνημα· τῇ σῆ ἀναπνοῇ συγκολληθῆτω ὁ
 λόγος τοῦ λέγοντος· Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ τοῦς δαιμόνας
 παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδύομην (21) σάκκον· καὶ
 ἐταπεινῶν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν μου· καὶ ἡ
 προσευχὴ μου εἰς κλίμα· ψυχῆς μου ἐκεκλήθη-
 το. (22) Νηστεία ἐστὶ βία φύσεως, καὶ περιτομὴ
 ἡδύτητος λάρυγγος, πυρώσεως ἐκτομῆ, πονηρῶν
 ἐννοιῶν ἔκκοπη, ἐνυπνιασμῶν ἐλευθερία, προσευχῆς
 καθαρότης· ψυχῆς φωστὴρ, νόδος φυλακῆ· πυρώ-
 σεως λύσις, κατανώξεως θύρα, στεναγμὸς ταπεινός,
 συντριμμὸς ἰλαρὸς, πολυλογίας ἀργία, ἡσυχίας ἀφορ-
 μὴ, ὑπακοῆς φύλαξ, ὕπνου κουφισμὸς, ὕγεια σώμα-
 τος, ἀπαθείας πρόξενος, ἀμαρτημάτων ἀφεςις·
 (23) παραδείσου θύρα καὶ τρυφή. Ἀπαιτήσωμεν καὶ
 τοῦτον, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων τούτων τὸν προστά-
 την τῶν κακῶν ἡμῶν πολέμιον, τὴν θύραν τῶν πα-
 θῶν, τὴν πῦσιν τοῦ Ἀδάμ, τὴν τοῦ Ἡσαὺ ἀπ-
 ὠλειαν, τῶν Ἰσραηλιτῶν τὸν δλεθρον, τὴν τοῦ Νῶε
 ἀσχημοθέαν, τὴν τῶν Ἰομόρρων προδότην, τὴν τοῦ
 Λώτ μέψιν, τὴν τῶν υἱῶν Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἐξολό-
 θρευσιν, τὴν τῶν μολυσμῶν χειραγωγόν. Πόθεν δὲ
 τίκεται, καὶ τίνες οἱ ταύτης ἀπόγονοι; Τίς τε ὁ συν-
 τρήθων αὐτήν; Καὶ τίς ὁ ἀπολλύων αὐτήν εἰς τέλος;
 Λέγε ἡμῖν, ὦ ἡ πάντων τῶν βροτῶν τυραννίς. Ἡ
 πάντας ὠνησαμένη χροσιῶ ἀπληστίας, πόθεν τὴν
 εἰσόδον ἐν ἡμῖν κέκτηται; καὶ τί μετὰ τὴν εἰσόδον
 τίκεται πέφυκας; καὶ τίς ἡ σοῦ ἐξ ἡμῶν ἐξοδος; Ἡ
 δὲ ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι πονήσασα, πρὸς ἡμᾶς τυραννικῶς
caedat et inquinat, et exterminat animam: *Delicia omnibus et vitiis abstinendum* (8'): Ab omnibus deliciis et malignitate hic dicit abstinendum. Nam per delicias, carnis concupiscentias, et universas mundi delectationes intellige: per malignitatem vero, irae, et immunditiae, et superbiae, et reliquas adventiones. *Portus enim et salutis*, etc. Salutis quidem, propter vigiliis, conversationem, humilitatem, sobrietatem, et virtuosam sollicitudinem; periculum vero, propter pusillanimitatem, negligentiam, tepiditatem et propriae voluntatis malam re assumptionem: quia propter ista, in portu angelicae vitae religiosi periclitantur, sicut per obedientiam et reverentiam, pace et salute fruuntur.

Cap. III. — *Spiritualis peregrinationis definitio* (col. 663 B).

Peregrinatio, est vera segregatio ab omnibus concupiscentiis, voluptatibus, et malitiis: nam propter segregationem a vitiis, in segregabilis fit a Deo, nam vitiis presentibus, nil utiliter consummatur. *Omni suorum alienorumque affectum*: priorum habitudinem dicit sanctus, affectionem voluptatum ad seipsum, et ad propria, id est ad domesticos et propinquos: *Alienorum* vero amicitiam omnem, et affectionem quorumcumque sensualem, et aliis omnibus quae sunt extra, sive de pecuniis, sive possessionibus. Vel, *proprium* dictum arbitror, de voluntatibus conferentibus secundum carnem. *Alienorum* vero, de omnibus quae sunt extra, superius dicitis, a quibus alienatus, rationabilem et bene ferentem ad salutem incedit viam. *Statim ut susceperis flammam, curra*. Propter nostram inconstantiam et vertibilitatem, qua nos ipsos avertimus a gratiae radio, dicimur, a Deo relinqui, quia ipse, in suae mansionis identitate immotus manens, et se nobis immittens et ingerens, aequaliter et continue et absque personarum acceptione nos etiam trahens, mutationi non subest. Hinc noster recessus, sua relictio dicitur, quia ejus immobilitate, nostrae aversionis causa monstratur. *Flammam igitur suscipiens*, id est, gratiae ascensionem: *curra*, id est, cooperari ei stude, ex omni virtute: non enim nosti quando exstinguatur ait, propter inexpectatum et insufferens, et ad transmutationes proclive tuum ingenium. *Tunc jam cogitationes vanitatis* (9): Quando quis extollitur, et existimat se aliquid esse, perdit verum esse: quia, cum nihil sit, hoc credere et cogitare est ei a veritate recedere. Humile sapere¹⁰ est in veritate esse. Altum sapere, est in veritate non esse: quia vanitas mendacium est et verum esse habere non sinit. Vanitas autem cogitationes et elationis intentiones quae se suscipientes, ostentatores et amatores gloriae faciunt; non uxorem

Lot, sed ipsum sequens fuge: amor enim et affectio priorum uxorem Lot convertit in statum salis. Affectio eorum privavit primogenitis Esau. Affectio propriae voluntatis extulit Luciferum in superbiam, et precipitavit in inferos cum sequentibus eum. Affectio voluptatum Jezabel interfecit, et Salomonem in idololatriam pervertit¹¹. Affectio pecuniarum Judam proditorem Christi fecit. Qui autem ab istis recedit, invenit Abrahami vere peregrinantis vitam, et non conjugem, sed ipsum Lot imitatur. *Corda enim quae illuc reversa sunt*. Vide, ait sanctus, quomodo non ad res, fuit Israelitarum conversio, sed ad sermones rerum tantum eorum intentio et affectio appropinquavit et erravit, et propterea condemnati fuerunt: non enim in Aegyptum, sed ad ea quae erant in Aegypto, mens populi descendit. Time igitur, et tu humilis, et Dei serve, ad cogitationes vitiorum habere consensus, ne etiam tu damneris per eas. *Et Moses ille qui Deum viderat: Aegyptus*, Dei ignorantiam et peccatum, et impietatem significat, Moyses autem, perfectos viros et Dei praedcatores, qui cum talibus multas sustinent tenebrefactiones: qui saepe profecti, ex ignorantia, peccato et impietate pravorum gravantur: et saepius exaggerati (10) conversatione malorum, quasi quibusdam anxietatis tenebris involvuntur, dum ex zelo Dominicae laudis, super carnalium offensionem molestantur. Qui ad suos mittantur eisdem rationibus quibus in Nazareth, Dominus ridebat: videlicet, ne forte dicerent: *Medice, cura te ipsum*¹². Et ne dicerent, quia adversarius nobis est (11): et, ne dicerent, si signa fecisset, credidissemus et nos similiter: et ideo mittuntur et ipsi, quia fecit tibi Jesus paucas virtutes. Caeterum cum dicit, *quae est mater mea*, et quae sequuntur¹³, ostendit quod neque Christum ferre neque partem illum superadmirabilem parere, lucrum vel meritum haberet sine virtute. Ideo demonstrat quod nulla ex hoc utilitas esset, nisi omnia convenientia, virtuose et summe faceret et adimpleret. Quin etiam, in hoc verbo, veram matris humilitatem insinuat populo, dum nihil altum sapere aut imaginari super tali tanto Filio demonstrat. *Non quod propinquos nostros et patrias* D *agos*: Odium est abscondita affectio, quae adversatur his qui in aliquo nos contristant. Odium est alienatio ab eo quod maestum est aut aversio contristantium. In nullo igitur horum, a monacho fit recessus a domesticis et propinquis, ideo dicit nos, non ut obedientes. *Laetetur enim Dominus*, etc. (12). Deus amator hominum, humanatus est, ut nos a veneno mundani et humani amoris liberaret. Est enim mundanus et humanus carnis amor, carcer, et catena, et infernus, et mors: quo, quis

¹⁰ Rom. xi, 20. ¹¹ IV Reg. ix, 22. ¹² Luc. iv, 23. ¹³ Matth. xii, 48.

(8') Vetus interpres, *deliciis et malignitate*.

(9) Vetus interpres. *Tunc daemones cogitationibus vanitatis instantes*, etc.

(10) Melius, *exasperati*.

(11) *Contrarius est operibus nostris*.

(12) Vetus interpres, *gaudet et epulatur*.

detentus propter virtutem, altitudinem et claritatem, charitatem, et sapientiam nec gustare, nec videre, intendere, nec cogitare potest. Quare, gaudium Christi, est in nostro perfecto recessu a terreno et mundano et carnali amore. *Cave, obscuro* (15). Diabolus ut retrovertat Dei famulos sub specie bene rationalis pietatis, ostendit eis, vel in multa penuria et tribulationibus innumeris suos esse parentes, vel in multo periculo animæ et ignorantia conversari, et omnia eorum sub quodam quasi divini iudicii diluvio debere submergi, nisi eisdem vehementer afflictis, cum arca consilii vel favoris cito subveniatur. Quare nunc iste sanctus dicit *Vide, ride*, quia neque sub specie prædicationis, neque sub obtentu corporalis subventionis, tibi licet ad parentum amorem vel curam retroverti: quia hoc quod tibi mundus universus, tuos passibiliter diligenti, aquis videtur esse repletus, caro revelavit et sanguis cum Satana simul ut peras et angelicæ conversationis portum male relinquas. *Pollicentur nobis subdole*: Nostri, et non nostri sunt, parentes secundum carnem; qui nostri sunt, juxta naturæ conditionem, non nostri, secundum propositum et voluntatem servitutis Dei: quorum cogitationes, sunt frequenter contra nos a dæmoniis, ut nostræ fiant, quæ sunt ab alienis. Ipsæ vero susceptæ, per consensus fiunt nostræ quæ habuerunt originem ab alienis et inimicis dæmoniis et parentibus, et punimur de eis. *Colloquia mala, secularia simul et turpia* (14). Et ornata quidem mundana eloquia, sapientia, et prudentia, quia, fastu eloquentiæ, vanitatem inflant et elationem extollunt, incongrua, et apud servos Dei inornata existunt: inornata vero sunt mundana eloquia, lascive et vitiose, ac turpiter dicta, quæ, etsi eleganter et ornate dicantur, tamen non mediocriter sed maxime lædunt. Quare mundana eloquia penitus inutilia, quia vel temporalia et carnalia, vel superba et erronea sunt, et omnino vitanda et fugienda. *Somnium est animi* (15) motus, etc. Visio est quædam, phantasia, qua, quasi in sensu et fere manifeste visum est. Somnium est, quod (dormiendo) in phantasia imaginatum est. Corporis vero immobilitatem, pausionem et quietem dicit, secundum quam quiescunt dormientes, et corpus manet immotum, hoc quidem patiens, illud subsistens. *Contemplatio est non subsistens imaginatio, et apparitio quasi repente visa, et ad præsens resoluta. De somniis ex canonicis characteribus magni Basilii.*

Fiunt, inquit, somnia ex diurnis et quotidianis animæ motibus. Nam dæmones nolentes, nos agere quod bonum est, multis machinationum industriis prohibent: postquam vero inceperimus, moliantur ne secundum Dominum perficiamus illud. Sed etiam hoc frustrati, vitiosæ actionis memo-

riis deorsum nos inclinantes tentant: et in isto manifesto convicti, phantasmatibus nos in somniis ad malignitatem agere conantur: per quæ suæ ipsorum imbecillitatis cognitionem exhibentes eis qui viriles sunt et adversus se resurgere parant, non apparentes tunc usque insidias venenantiū seductorum propalantes. *Qui vero eia nulla ratione credit*: Distinguitur modus in generationem et corruptionem, augmentum et diminutionem, alterationem, et localem imitationem, rectam, et obliquam, et circularem. A nullo horum dormiens privatur, nisi a locali motu, quamvis et quidam dormientes ambulare inventi sunt. Cum autem multipliciter somnia fiant, daabus tamen speciebus somniorum quandoque attribuitur visionis qualitas. Est enim, quando, et quæ nolumus, et quæ diligimus videmus eisdem reformatis imaginatione, angelorum ministerio. Est vero amplius, quando divina visione mens nostra rationalis informatur, et de præcognitione futurorum taliter docemur, ut patet de Scripturis. At enim secundum hunc magnum veræ sapientiæ amorem ostendit qui spernit somnia atque contemnit: *Multos enim errare fecerunt somnia* ¹⁴.

CAP. IV. — Abnegatio quid sit (col. 679 A).

Animæ propriæ perfecta abnegatio: Abnegatio autem est perfecta omnium rerum præsentium oblivio, et a propriis naturalibus verus recessus. *Confectum, dormiendo iter*: Dormiens quiescit a curis, nec curat de aliquo, ita, qui vere obediens est (sive mari navigans, sive incidens in latrones) de periculis non curabit, neque præcepta discernet: scit enim diligenter, quia in martyrium imputabitur ei quod supervenerit periculum eo quod obedientiam, sine humanæ prudentiæ discretionem, complevit. *Obedientia est depositio discretionis*: quod præceptis (malis, apparentibus) obediat vere obediens, sicut, qui projecit filium suum in furnum. *In divitiis vero discretionis, sive, inter divitiis discretionis dicit*, quia vere, virtutes divinæ sequuntur subjectionem et obedientiam non discernentem, quemadmodum subsequenter: *Et obedientia, humilitas, ex humilitate discretio, etc., vel animæ voluntatis*: Voluntas naturalis est appetentia rationalis atque vitalis, in solis naturalibus dependens: ea vero est de possibilibus et impossibilibus. Ex voluntate possibilium est quæsitio et inspectio, deinde consilium, deinde iudicatio et discretio, deinde affectio ad id quod discretum est iudicio, deinde arbitrium: deinde post affectionem arbitrii, fit electio quæ dicitur facultas voluntatis post dilecti electionem, vel liberum arbitrium. *Quicumque ad intellectuales. Quicumque propriæ voluntatis ad summum complacentiam sprevit, et abnegavit, iste experientia didi-*

¹⁴ Eccli. xxxiv. 7.

(15) Vetus interpres, *ride, ride ve*, etc.

(14) Vetus interpres, *Ornata, et inornata*.

(15) Vetus interpres, *mentus*.

cit obedientiam esse stadium intellectualis confessionis, et martyrii spiritualis pugnam, et Christi jugi patientiam, depositionem peccatorum, in libro vitæ inscriptionem, pelagi fluctuantis transfretationem. Unde ad aliquid perfectius transire non cogitabit sine ea; quoniam autem consuevit malignus, his qui sub obedientia sunt, hanc inferre molestiam; videlicet ut seipsos parvipendant, eo quod non habent jejunium, nec orationem mundani, neque exercitium diligens, neque alia spiritualia opera quæ sunt in quiescentibus: enumerat iste Pater noster sanctus obedientiæ bona, ad quæ omnia alia bona comparata, sunt nihil; quoniam obedientia adimplet horum omnium locum. Quæ cum perfecta fuerit, ipsa, in tempore proprio, secum omnia bona spiritualia portat, et ad variam introducit contemplationem, perfectionem, et quietem suos possessores. *Congressionis stadium*: stadium est spiritualis lætæ profectus, et suavis odor bonarum operationum, in mortificatione voluntatum et sensuum carnis indeficiens studium, et exercitatio humilis ad omne opus bonum, et meditatio præceptorum Dei et imitatio passionis et mortis ejus. *Quicumque jugum Christi*: Obedientiam intellige, quia sicut per ipsam, a Christo Jesu redempti et salvati sumus, ita nos, per ipsam proprie et singulariter portamus jugum, ipsamque Patres martyrium dicunt, quia servorum Dei fornax et exercitatio est, et ad ipsam comparata bona omnia quæcumque sensu proprio et voluntate sunt, nihil sunt. *Si vero alias fecerimus*: Alioquin, inquit, qui aliena peccata curiose requirit, et scrutatur, discernit, suspicatur, et judicat, et præsertim præsentis; non pœnitentiæ viam vidit, aut pœnitentiæ initium fecit, sed elationis et præceptis viam tenet. *Nemo sine qua vitiosorum*: Multi enim, sine subjectione Deo placuerunt, sicut Paulus Eremita et Maria Ægyptiaca, et alii multi: quomodo ergo, sine ipsa, *Nemo Deum videbit*? Dicimus ergo, quod qui perfecte carnem spiritui subjicit, et conscientiæ stimulum possidet judicem, et ei obedit, nihil sibi de propria voluntate relinquens, iste divinis præceptis factus obediens, antequam visibilem obedientiam pertranseat, ad intellectualem pertingit, quæ multum excedit visibilem. Si anima, corpus, et spiritus, litteram, et gratiam Evangelii, legem, et gloriam, gratiam, et hanc, illa substituit et commendabilem facit. Et habes illos qui circa magnum Antonium, per intellectualem obedientiam refuserunt, et quasi angeli per eandem Domino obediebant solum cœlestia sapientes, quibus dignus non erat mundus. Præcedit ergo intellectualis obedientia visibilem incomparabiliter: et sicut sol, suo ortu stellas occultat, ita intellectualis obedientia, visibilem. Quare, qui intellectualem non possident, sed adhuc vitiis molestantur, sine visibili, tanquam parvuli et sub nocte vitiorum proficere, vel salvari non possunt. Bene ergo di-

cit: *Sine qua nemo vitiosorum videbit Dominum Jesum Christum*: Quoniam ergo obedientia intellectualis, divina illuminatione perficitur, et conscientiam possidet judicem, videndum est, quæ sit conscientia: *Conscientia est divinæ scientiæ motus et operatio, cum nostra et in nostra scientia*. Conscientia est scintilla divini luminis, in homine condito subseminata a principio, quasi quædam cogitatio ferventior, et illuminativa, verbum seu rationem lucis in se continens, et ostendens ei bonum et malum: et hæc conscientia vocatur lex naturalis. Hic est putens Jacob, ut dixerunt Patres, quem Philistini repleverunt. Cui, quando in via sumus, consentire jubemur; consentimus vero ei, cum eam custodimus ad Deum, per fidem et obedientiam, et amorem mandatorum; ad proximum, per pietatem, patientiam et humilitatem; ad nos ipsos, per mortificationem sensuum, custodiam cordis et linguæ, et odium corporis et omnium visibilium et propriæ voluntatis: ad materias et usum rerum, per temperantiam et sobrietatem et earundem custodiam fidelem, ostendendo in ois, sicut in rebus sacris, Domini reverentiam et servitatem. *Qui subditus est*: Qui humiliter subditus est, non putabit se perfecte subditum esse aut obedire, quia obedientiæ opus immensum esse intelligit; qui vero ex proprio sensu et voluntate aliquid facit, licet obedire appareat, tamen ipse contra seipsum onus suum portat: unde, si is qui tali præest, hunc non arguit, sibi ipsi et discipulo causa periculorum est. Propterea, Pater dicit: *super hoc dicere quidquam non habeo*, quia verbo dubitativo ipsum ostendit iudicio. *Ad confessionem, qua sine nullus remissionem*, etc.: Quia confiteri simpliciter peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex apostolicis traditionibus et regulis ab eis propositis Ecclesiæ catholicæ, per Spiritum sanctum quorum canones et instituta tenentes, Dei sacerdotibus (juxta eorum præceptum) peccata confitentes indulgentiam et remissionem accipere efficiamur digni: propterea, qua sine, dicit sanctus Pater: *Nemo videbit Deum*. — *Fratris ut in nullo conscientia vulneraretur*. Multimodis factis conscientia feritur: extollentia et elatione, superflua prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, livore, murmuratione, detractione, vindicta, et reliquis quæ pariuntur ex istis. *Ut in gravissimam animæ ruinam præcipiturer*. Gravissimum animæ lapsum, non alium dicit, quam extraordinarie ipsum gustasse et furtive ac latenter comedisse ex his quæ animalia portabant, quod est peccatum gravissimum, et pene inexpialibile esse magnum Pater noster Basilius evidenter declarat in Proœmiis regulæ suæ, ubi ostendit quod tali culpa inquinatus, quasi incorrigibilis erit. Unde docet quod talis mali commissio usque ad linguæ solius gustum, est penitus (sicut mortis obligatio) fugienda. Qui ergo iste fur-

detentus propter virtutem, altitudinem et claritatem, charitatem, et sapientiam nec gustare, nec videre, intendere, nec cogitare potest. Quare, gaudium Christi, est in nostro perfecto recessu a terreno et mundano et carnali amore. *Cave, obsecro* (15). Diabolus ut retrovertat Dei famulos sub specie bene rationalis pietatis, ostendit eis, vel in multa penuria et tribulationibus innumeris suos esse parentes, vel in multo periculo animæ et ignorantia conversari, et omnia eorum sub quodam quasi divini iudicii diluvio debere submergi, nisi eisdem vehementer afflictis, cum arca consilii vel favoris cito subveniatur. Quare nunc iste sanctus dicit *Vide, vide*, quia neque sub specie prædicationis, neque sub obtentu corporalis subventionis, tibi licet ad parentum amorem vel curam retroverti: quia hoc quod tibi mundus universus, tuos passibiliter diligenti, aquis videtur esse repletus, caro revelavit et sanguis cum Satana simul ut pereas et angelicæ conversationis portum male relinquas. *Pollicentur nobis subdole*: Nostri, et non nostri sunt, parentes secundum carnem; qui nostri sunt, juxta naturæ conditionem, non nostri, secundum propositum et voluntatem servitutis Dei: quorum cogitationes, sunt frequenter contra nos a dæmoniis, ut nostræ fiant, quæ sunt ab alienis. Ipsæ vero susceptæ, per consensus sunt nostræ quæ habuerunt originem ab alienis et inimicis dæmoniis et parentibus, et punimur de eis. *Colloquia mala, secularia simul et turpia* (14). Et ornata quidem mundana eloquia, sapientia, et prudentia, quia, fastu eloquentiæ, vanitatem inflant et elationem extollunt, incongrua, et apud servos Dei inornata existunt: inornata vero sunt mundana eloquia, lascive et vitiose, ac turpiter dicta, quæ, etsi eleganter et ornate dicantur, tamen non mediocriter sed maxime lædunt. Quare mundana eloquia penitus inutilia, quia vel temporalia et carnalia, vel superba et erronea sunt, et omnino vitanda et fugienda. *Somnium est animi* (15) *motus*, etc. Visio est quædam, phantasia, qua, quasi in sensu et fere manifeste visum est. *Somnium est*, quod (dormiendo) in phantasia imaginatum est. Corporis vero immobilitatem, pausationem et quietem dicit, secundum quam quiescunt dormientes, et corpus manet immotum, hoc quidem patiens, illud subsistens. *D*

Contemplatio est non subsistens imaginatio, et apparitio quasi repente visa, et ad præsens resoluta. *De somnis ex canonicis characteribus magni Basilii*.
Fiunt, inquit, somnia ex diurnis et quotidianis animæ motibus. Nam dæmones nolentes, nos agere quod bonum est, multis machinationum industriis prohibent: postquam vero inceperimus, moliantur ne secundum Dominum perficiamus illud. Sed etiam hoc frustrati, vitiosæ actionis memo-

rii deorsum nos inclinantes tentant: et in isto manifeste convicti, phantasmatis nos in somniis ad malignitatem agere conantur: per quæ suæ ipsorum imbecillitatis cognitionem exhibentes eis qui viriles sunt et adversus se resurgere parant, non apparentes tunc usque insidias venenantium seductorum propalantes. *Qui vero eis nulla ratione credit*: Distinguitur modus in generationem et corruptionem, augmentum et diminutionem, alterationem, et localem imitationem, rectam, et obliquam, et circularem. A nullo horum dormiens privatur, nisi a locali motu, quamvis et quidam dormientes ambulare inventi sunt. Cum autem multipliciter somnia fiant, duabus tamen speciebus somniorum quandoque attribuitur visionis qualitas. Est enim, quando, et quæ volumus, et quæ diligimus videmus eisdem reformatis imaginatione, angelorum ministerio. Est vero amplius, quando divina visione mens nostra rationalis informatur, et de præcognitione futurorum taliter docemur, ut patet de Scripturis. At enim secundum hunc magnum veræ sapientiæ amorem ostendit qui spernit somnia atque contemnit: *Multos enim errare fecerunt somnia* ¹⁵.

CAP. IV. — Abnegatio quid sit (col. 679 A).

Animæ propriæ perfecta abnegatio: Abnegatio autem est perfecta omnium rerum præsentium oblivio, et a propriis naturalibus verus recessus. *Confectum, dormiendo iter*: Dormiens quiescit a curis, nec curat de aliquo, ita, qui vere obediens est (sive mari navigans, sive incidens in latrones) de periculis non curabit, neque præcepta discernet: scit enim diligenter, quia in martyrium imputabitur ei quod supervenerit periculum eo quod obedientiam, sine humanæ prudentiæ discretionem, complevit. *Obedientia est depositio discretionis*: quod præceptis (malis, apparentibus) obediatur vere obediens, sicut, qui projecit filium suum in furnum. *In divitiis vero discretionis, sive, inter divitiis discretionis dicit*, quia vere, virtutes divinæ sequuntur subjectionem et obedientiam non discernentem, quemadmodum subsequenter: *Et obedientia, humilitas, ex humilitate discretio, etc., vel animæ voluntatis*: Voluntas naturalis est appetentia rationalis atque vitalis, in solis naturalibus dependens: ea vero est de possibilibus et impossibilibus. Ex voluntate possibile est quæsitio et inspectio, deinde consilium, deinde iudicatio et discretio, deinde affectio ad id quod discretum est iudicio, deinde arbitrium: deinde post affectionem arbitrii, fit electio quæ dicitur facultas voluntatis post dilecti electionem, vel liberum arbitrium. *Quicumque ad intellectuales*. Quicumque propriæ voluntatis ad summum complacentiam sprevit, et abnegavit, iste experientia didi-

¹⁵ Eccli. xxiv. 7.

(15) Vetus interpres, *vide, vide te*, etc.

(14) Vetus interpres, *Ornata, et inornata*.

(15) Vetus interpres, *mentus*.

cit obedientiam esse stadium intellectualis confessionis, et martyrii spiritualis pugnam, et Christi jugi patientiam, depositionem peccatorum, in libro vitæ inscriptionem, pelagi fluctuantis transfretationem. Unde ad aliquid perfectius transire non cogitabit sine ea; quoniam autem consuevit malignus, his qui sub obedientia sunt, hanc inferre molestiam; videlicet ut seipsos parvipendant, eo quod non habent jejunium, nec orationem mundam, neque exercitium diligens, neque alia spiritualia opera quæ sunt in quiescentibus: enumerat iste Pater noster sanctus obedientiæ bona, ad quæ omnia alia bona comparata, sunt nihil; quoniam obedientia adimplet horum omnium locum. Quæ cum perfecta fuerit, ipsa, in tempore proprio, secum omnia bona spiritualia portat, et ad variam introducit contemplationem, perfectionem, et quietem suos possessores. *Congressionis stadium*: stadium est spiritualis luctæ profectus, et suavis odor bonarum operationum, in mortificatione voluntatum et sensuum carnis indeficiens studium, et exercitatio humilis ad omne opus bonum, et meditatio præceptorum Dei et imitatio passionis et mortis ejus. *Quicumque jugum Christi*: Obedientiam intellige, quia sicut per ipsam, a Christo Jesu redempti et salvati sumus, ita nos, per ipsam proprie et singulariter portamus jugum, ipsamque Patres martyrium dicunt, quia servorum Dei fornax et exercitatio est, et ad ipsam comparata bona omnia quæcunque sensu proprio et voluntate sunt, nihil sunt. *Si vero alias fecerimus*: Alioquin, inquit, qui aliena peccata curiose requirit, et scrutatur, discernit, suspicatur, et judicat, et præsertim præsentis; non pœnitentiæ viam vidit, aut pœnitentiæ initium fecit, sed elationis et præcipitis viam tenet. *Nemo sine qua vitiosorum*: Multi enim, sine subjectione Deo placuerunt, sicut Paulus Eremita et Maria Ægyptiaca, et alii multi: quomodo ergo, sine ipsa, *Nemo Deum videbit*? Dicimus ergo, quod qui perfecte carnem spiritui subjicit, et conscientiæ stimulum possidet judicem, et ei obedit, nihil sibi de propria voluntate relinquens, iste divinis præceptis factus obediens, antequam visibilem obedientiam pertranseat, ad intellectualem pertingit, quæ multum excedit visibilem. Si anima, corpus, et spiritus, litteram, et gratiam Evangelii, legem, et gloriam, gratiam, et hanc, illa substituit et commendabilem facit. Et habes illos qui circa magnum Antonium, per intellectualem obedientiam refuserunt, et quasi angeli per eandem Domino obediebant solum cœlestia sapientes, quibus dignus non erat mundus. Præcedit ergo intellectualis obedientia visibilem incomparabiliter: et sicut sol, suo ortu stellas occultat, ita intellectualis obedientia, visibilem. Quare, qui intellectualem non possident, sed adhuc vitis molestantur, sine visibili, tanquam parvuli et sub nocte vitiorum proficere, vel salvari non possunt. Bene ergo di-

cit: *Sine quo nemo vitiosorum videbit Dominum Jesum Christum*: Quoniam ergo obedientia intellectualis, divina illuminatione perficitur, et conscientiam possidet judicem, videndum est, quid sit conscientia: *Conscientia est divinæ scientiæ motus et operatio, cum nostra et in nostra scientia*. Conscientia est scintilla divini luminis, in homine condito subseminata a principio, quasi quædam cogitatio ferventior, et illuminativa, verbum seu rationem lucis in se continens, et ostendens ei bonum et malum: et hæc conscientia vocatur lex naturalis. Hic est puteus Jacob, ut dixerunt Patres, quem Philistini repleverunt. Cui, quando in via sumus, consentire jubemur; consentimus vero ei, cum eam custodimus ad Deum, per fidem et obedientiam, et amorem mandatorum; ad proximum, per pietatem, patientiam et humilitatem; ad nos ipsos, per mortificationem sensuum, custodiam cordis et linguæ, et odium corporis et omnium visibilium et propriæ voluntatis: ad materias et usum rerum, per temperantiam et sobrietatem et earundem custodiam fidelem, ostendendo in eis, sicut in rebus sacris, Domini reverentiam et servitatem. *Qui subditus est*: Qui humiliter subditus est, non putabit se perfecte subditum esse aut obedire, quia obedientiæ opus immensum esse intelligit; qui vero ex proprio sensu et voluntate aliquid facit, licet obedire appareat, tamen ipse contra seipsum onus suum portat: unde, si is qui tali præest, hunc non arguit, sibi ipsi et discipulo causa periculorum est. Propterea, Pater dicit: *super hoc dicere quidquam non habeo*, quia verbo dubitativo ipsum reum ostendit iudicio. *Ad confessionem, qua sine nullus remissionem*, etc.: Quia confiteri simpliciter peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex apostolicis traditionibus et regulis ab eis propositis Ecclesiæ catholicæ, per Spiritum sanctum quorum canones et instituta tenentes, Dei sacerdotibus (juxta eorum præceptum) peccata confitentes indulgentiam et remissionem accipere efficiamur digni: propterea, qua sine, dicit sanctus Pater: *Nemo videbit Deum*. — *Fratris ut in nullo conscientia vulneraretur*. Multimodis factis conscientia feritur: extollementia et elatione, superflua prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, livore, murmuratione, detractione, vindicta, et reliquis quæ pariuntur ex istis. *Ut in gravissimam animæ ruinam precipitaretur*. Gravissimum animæ lapsum, non alium dicit, quam extraordinarie ipsum gustasse et furtive ac latenter comedisse ex his quæ animalia portabant, quod est peccatum gravissimum, et pene inextinguibile esse magnum Pater noster Basilius evidenter declarat in Proœmiis regulæ suæ, ubi ostendit quod tali culpa inquinatus, quasi incorrigibilis erit. Unde docet quod talis mali commissio usque ad linguæ solius gustum, est penitus (sicut mortis obligatio) fugienda. Qui ergo iste fur-

tivo comedit, subinductam se in gravissimum A animæ lapsum asseruit.

Status in cordis tui janua, severos janitores : Duros ostiarios, dicit speciales et generales virtutes animæ ; scilicet, fortitudinem, prudentiam, temperantiam, et justitiam. *Affige in animæ ligno*, etc. Lignum dicit mortificationem carnis et crucifixionem cum suis concupiscentiis. Crucem vero animæ, dicit mortificationem proprii sensus et propriæ voluntatis, per quam diabolum vincimus, et pacem imperturbabilem possidemus. Nullam enim utilitatem consequimur de crucifixione carnis, nisi ligamus et confirmemus in ea mortificationem et crucifixionem proprii sensus et propriæ voluntatis. *Ad ineptam rursus et inutilem ac spinosam orationem* : Non venusta et non proficua, et spiuosa eloquia B sanctus Pater dicit quæ sua sunt ; scilicet, non venusta secundum eloquentiam, propter simplicem et ordinatum modum dicendi ; non proficua, secundum mundanam requiem, et commoditatem ; spiuosa, secundum asperam narrationem et duram spiritualis vitæ regulam, juxta illud evangelicum, *durus est hic sermo* ¹⁵. — *Est quidem præclarum, labores sanctorum admirari*. Quoniam Deus bonus, amator hominum est, multas salutis justitiæ vias ostendit nobis, ut non periremus, sed secundum suam magnam misericordiam salvaremur : quia non fecit hominem Deus ut periret, sed ut illi serviret, et salvaretur ; ideo vocationes hominum varix, et donationes ipsius differentes. Hinc, alius, C hospitalitatis amator, alius, quietis et remotionis solitarix servator : alius consolatur et exhortatur afflictos, alius custodit linguam, et silet. Iste semel in hebdomade pascitur ; iste comedit omni die. Quare hæc omnia ab uno posse perici impossibile est. *Donec violentiam nostram quam velut a nobis perpeti*. Vim inferentes sunt hi qui divina charitate sunt plagati, et vim Deo inferunt per orationem et opera virtuosa, et trahuntur divino amore ad portandum jugum Christi cum corde humili et animo devoto, qui seipos violentant, secundum illud : *Turbatus sum et non sum locutus* ¹⁶. *Cum corruissem, iterum reduxisti me* : id est, post lapsum. Nec vero intelligas lapsum a Deo separantem, sed lapsum qui (servitibus et ministrantibus) D ex negligentia, et ex obedientia imperfecta contingit. *Qui vero illum in cordis sui latebris occultat*, etc. Sciendum est quia non confessa peccata sine formidine et timore aguntur. Auferre ergo confessionis conscientiam, est aperire peccatis januam, et hæresim seminare. *Cum is qui subjectus est, duos evaserit laqueos* : Duo ista, dicit inobedientiam et elationem. *Præter morem solitum turbulentos* : id est qui facile moveantur ad furorem et iram, instar molendini quod vi rotæ et aquæ mo-

vetur. *Necesse est enim converti mare et turbari* : Maris similitudinem inducit ad ostendam vitiosæ mentis passionem, quæ sicut mare, a ventis intellectualibus, seu tentationibus et injuriis et improperiis eorum qui sub præsidente sunt, conturbatur et inflatur, et movetur ab increpationibus quæ inducuntur super eam, ad probationem et utilitatem, a fraternitate. Vitiis igitur interius tumultuantibus, et irascibilem commoventibus ad iram, et rationabilem confundentibus, nec sinentibus quod est utile conspiceret, et quod melius est tenere, velut expuens præassumptas sordes mare mentis, monstrat quas vitiorum flumina primo in ipsam conduxerant, tempore videlicet tranquillitatis, et bonæ consistentiæ. Nunc igitur necesse est mare turbari, quia, ex quo humilitatis argumentum ex nostra conversatione non sumimus, tentationibus necessario immergimur, ut probemur et infirmemur ac infirmati purgemur, ac perfecte humiliemur. Dicit ergo, necesse est mare quassari et turbari (16). *Ex obedientia, humilitas*. obedientia enim, principium humilitatis, quoniam qui se ipsum non condemnat sicut deficientem a virtutibus, sub manu alterius esse non valet. Igitur, talis condemnatio contrahit et agit animam ad obedientiam : obedientia autem, timore Domini firmata, generat humilitatem, humilitas vero perpetuo exulem facit elationem. Qui autem ab eadem est liber, et a reliquis est purgatus : quare domus impassibilitatis et munditiæ annuntiat. Obedientiam igitur, humilitatem, et impassibilitatem, tribus appropriat, scilicet Moysi, Synagogæ, et Mariæ : quoniam sicut mare Rubrum transeuntes Judæi, et super victoria triumphalem laudem Dei canentes, ejusdem laudis et victoriæ habuerunt Moysen genitorem et actorem, et Mariam perfectricem (quidem ex communi unam existentem) : ita et nunc dicit, in persona Moysi debere accipere obedientiam ; in synagoga, humilitatem, et in Maria, impassibilitatem. Moyses, aqua interpretatur, vel assumptus de aquis : Maria, interpretatur lux, quæ de Synagoga originem traxerat. Igitur, in assumpto de aquis generatio et fecundatio reliquorum per obedientiam : obedientia autem, humilitatis possessionem donat ; humilitas autem, impassibilitatis lucem præstat : impassibilitas vero, super victoriam, laudem perfectit, canticum, pro liberatione ab intelligibili Ægypto peccati, in lætitia cantans. *Vidi ut ait Job* : Habilitati et illegitime naturali, et extrinsecæ compositioni morum, et apparentiæ Bætæ honestatis, quibus occurrit turba, malitiæ varietas habet naturam colligari. Turbæ, quod apparet humile et morigeratum, et compositum secundum faciem, nominant et extollunt : propter quæ superbi hypocritæ, et animosi (dicit sanctus) ex laudibus et elatione compunguntur, et pa-

¹⁵ Joan. vi, 61. ¹⁶ Psal. lxxvi, 5.

(16) *Al.* conculsi et turbati.

riunt lacrymas. Quæ considerans, quam maxime sapienter et clare, Pater iste, variam esse malitiam determinavit. Sane tardus quis et negligens existens, aut in aliquo corporalium naturaliter idoneus apparens, complacuit multis, et de gravitate morum et honestate laudatus est: quemadmodum in aliquo corporalium, facie tenus, quis idoneus naturaliter apparens, complacuit multis. Itaque plerumque naturalis sufficientia aut diminutio, virtus animæ reputata est: remissus et insolens, mitis et inordinatus, et ea quæ sunt spiritus deserens, sollicitus, acidiosus et tristis orator, linguosus et vanus: animarum salvator: a dæmoniis illusor, contemplator, et futurorum provisor est habitus apud ipsos, qui quod rectum et vitiosum est discernere nesciunt. Nimirum (quia exsultat in laudibus) cæcus ignorat seipsum, et errat: falso iudicia multorum attendens, animam ex elatione et vanitate compunget, et dolens conteretur, et lacrymas pariet. Quare Pater malitiam sic multiformem et variam esse miratur. *Qui sibi ipsi latenter persuasit latenter.* In corde (ait) bonum propositum firmare stude, et non pompaticè et apparenter os dilatando, loquaris. Qui enim pompose se laudat, et in se ipso confidit et gloriatur, relaxatus a Domino castigatur lapsu: sed mors animæ mille mortibus pejor existit. Si ergo mors ejus, peccatum est, quanta vigilia et sollicitudo nobis adversus peccatum necessaria est: igitur, qui novit hæc, humiliter in spe et silentio seipsum roborabit, propter patientiam, ad perseverandum in stadio conversationis monasticæ: et licet offendat et peccet, iterum pœnitebit, et a necessitudinis sanctæ stadio nunquam recedet. *Si vero exierunt aliqui.* Subaudi, a monumento professionis angelicæ (17) vitæ, opere et affectu, obedientia Patrum rejecta. *Considera, quis immortalis morte mortui sunt, et separati a Deo fuerunt, quod omni morte corporali est pejus, in infinitum. Cum seuserint fragiliores quippe ac segniores, gravia, etc.* Quando igitur ad operationem manuum accedis, talem in teipso reforma cogitatum, qui Christo ministras qui præcepto et exemplo ad opera (usque ad mortem) te informat. *Operans, lauda Deum tuum lingua, mente recogita, intentione glorifica.* Nam qui in laboribus et operibus est infidelis et piger, in oratione erit multo magis piger, infidelis et remissus. Sane oratio nequaquam in corporis quiete dirigetur, sed in labore et acta. Amor quietis. Orationis est exterminium, et diminutionem virtutum prædicat, mandata negligere. Hinc, Pater ostendit quod qui obsequium ministrations (id est, operationis manuum) inceptum illud ut fratrem adjuvet et quietet, a fratre rogatus, derelinquit. Opera manuum vult et intelligit esse cœlestia et non terrena: hiccirco, non propria, sed communia ad utilitatem indigentium vult esse. Reliqui vero, non ex chari-

tate sed vitiose, quæ sua sunt male quærunt. non quæ Jesu Christi. Sibiipsis attendant, quia aliud est quod sumus, aliud quæ sunt nostra, aliud quæ circa nos, aliud quæ extra nos, et aliud quæ contra nos. *Plerique ex obedientium grege, etc.* Nunquam suscipias eum qui tibi subditus est, dicentem tibi: Ita mihi licentiam et potestatem ad talem operationem vel virtutem exsequendam, et: Ita me ad id quod spirituale est permitte dirigere. Nam qui ita dicit, manifestum est quia seductus propriam perfecit voluntatem, et optimæ obedientiæ fœdera spernit, et deceptus et illusor, meritum obedientiæ coram Deo perdit: *Sunt qui suscepto imperio, etc.* Horum unusquisque, in proprio tempore, laudabilis est. Nam secundus, juxta initium disciplinæ introductoris ad virtutes, melius facit, obediens inconstanter: adhuc enim ex ordine probandorum est. Primus vero, quia jam perfectioni appropinquat, et tempore longo obedientiæ ostensionem exhibuit, voluntatem Patris sentiens, benefacit non facieas quæ illum nolle novit. Non enim ulterius, quasi servus, rationalem servitutem oblationem offeret, sed filius et amicus, voluntatem patris investigans, beneplacentem voluntatem perficiet. *Possibile non est ut diabolus, etc.* Indignum et inconveniens est, ait, quod diabolus, sæ ipsius voluntati resistat. Ille enim omnem hominem negligenter et vitiose vivere vult, et suam voluntatem, magis quam Dei, perficere: Si et ergo aliquos tales invenerit, non resistet eis, quis, si eis resisteret, sæ ipsius voluntati omnino resisteret. *Quod non judicandi causa, etc.* Non ex suspitione, ait, iudico, hoc dicens, sed efficacem motum ostendo vitii præceptoris nomine, sed non re, et passionem manifeste ostendo juvenis superascentis seniorum et majorum virtutes. *At cum illum, a rege sigillum accepisse, etc.* Signaculum fidei, est baptismus. Signa militiæ spiritualis, sunt pœnitentia et lacrymæ quæ hunc repurgant; scutum vero est mundi fuga, odium omnis delectationis vitæ præsentis; gladius est fides ad pastorem; ensis abnegatio propriæ voluntatis; arcus oratio per quam dæmones sagittantur; militare vestimentum, humilitas, et virtutum quæ ex ea sunt, amictus.

D Gradus 5. — *Securaque cuiusque sui cura.* Quia de nullo terreno curat, sed pro se sibi sollicita quomodo sibi Deum reconciliet, et salutem perditam per peccatum inveniat, pœnitendo et lugendo festinat et pro se dijudicata, sit, quia omnia quæ sunt mundi, et seipsum puniendo contemnit qui est pœnitens, et vigilanter ab omni iudicio elongatus, ex vera cognitione sui ipsius, extremo iudicio se dignum cernit. Per se igitur cogitatio dijudicata est, quia, aliquo alio ad dijudicationem non eget: sed qui est pœnitens, ipse sui ipsius iudex et vindex est. *Antequam corruamus, etc.* Delectabile et

(17) Al. apostolica.

dulce nobis proponit dæmoni exterius, ut trahat ad peccandum, peccati reatum fere nihil esse supponens, Deumque benignum et misericordem esse suggerit, et asserit. In hoc est vere inimicus, quia intrinsecus, quod nolum est, et amarum (mortem scilicet corporis et animæ) fraudulentus abscondit: quam post lapsum, ut desperare nos faciat, adversus nos insultando proclamatur, ultor effectus, qui fuerat (nos seducendo) proditorie inimicus. *Sæpe enim parva munera*, etc. Nolunt dæmones quod intelligamus, quam amarum est peccare et Deum offendere. Idcirco cum nos viderint appropinquare ad aliqualem sensum infinite amaritudinis abscondite, in peccatis nostris tunc instant et dicunt: Quid te ipsum conteris et desperas? neque enim tale, vel tale peccatum (ut alii plurimi) perpetrasti. Oderunt namque dæmones spiritum contritionis, et falsæ spei gaudium in nobis seminare contendunt, ut aliter in nobis spiritum contritionis extinguant. Tu vero non obedias eis: quia, sicut parva dona ferorem iudicis frequenter mitigant, ita plerumque quæ a nobis reputantur parva delicta (cum fuerint sæpius iterata) simul aggregata, Christum nostrum benignissimum iudicem, iuste contra nos in ferorem surgere faciunt. *Moses, cum Deum vidisset*, etc. Signum conversationis perfectæ et virtuosæ, est videre ignem in rubo¹⁷; est enim inaccessibleis multis. Sed tunc ardet ignis in rubo, cum mortificata caro pariter et voluntas, ea quæ sunt spiritus, sentiunt et diligunt. Sed plerumque humana fragilitas prolabitur ab altitudine spiritus, et succumbit in pugnis. *Sed nunquid qui corruit non adjiciet?* Sed, ut David et Petrus, conetur ut non solum resurgat, sed altiora conscendat. Ostendit igitur Pater, exemplo Moysi et Job esse possibile post lapsum, etiam ad impassibilitatem redire, cuius spei fiduciam, diabolus per negligentiam et otium colaphizat, dum in nobis opera (per quæ impassibilitas percipitur) explantat. *Attende, quæso, diligentius*, etc., scilicet oculis mentis et spiritus, quia sensuali delectatione seducti erravimus, sed via breviori nos reverti oportet: videlicet per humile sapere, et per humile verbum, et cor contritum, et sinceram confessionem et integram. Quoniam in humidis lignis, difficiliter ignis accenditur. Penitus in corde amante quietem et delectationes, ignis spiritus non ardebit, sed in anima contrita et humiliata, quæ labores et delicias putat. *Luctus est stimulus animi, aureus*. Hoc dicitur ad differentiam stimuli ferrei qui pungit terrena et vitiosa diligentes per tristitiam mortis, et est veneno mortifero plenus. Aureus vero stimulus, sancta et lætificante tristitia, et charitate divina pungit, ad caelestia sursum ferens eos qui virtutes Christi et mandata diligunt, et fideliter ipsius mandata perficiunt. *Confessio est oblivio naturæ*, etc. Est autem

A vera confessio, per divinam scientiam excessus in Deum; ex quo oblivio proprie naturæ fit in eo quod secundum Prophetiam¹⁸, obliviscitur comedere panem suum. *Stet in orationis prece*, etc. Quomodo ferroligatus currere non valet, ita et mens, vitiiis serviens, orationis spiritualis locum videre non potest. Nam qui cum vitiiis orationem exsequi conatur, a vitiosis cogitationibus et seducentibus intellectibus captivatur. Legitime ergo pugna contra immunditias, ut per munditiam, orationem invenias. Et hoc scribe in corde tuo, quoniam amor delectationis et requiei est causa separationis a Deo. Cor enim quod ista amat, est creaturæ sterquilinum et sentina. Nam amaritudo quæ abscondita est in eisdem delectationibus et quiete, in tempore exitus inutiliter sentietur. Cor vero diligens labores, contumelias, et dolores, porta aperta est, qua in tempore exitus pascua inveniet. *Sicut creatura*, etc. Per se motus, et semper motus est divina providentia, alteratio motus, et faciliter motus est alteratio et motus creaturæ, qui non semper est motus. Dicitur autem compunctio cordis ex Dei gratia proveniens, alteratio motus, ad differentiam compunctionis ex studio humano adveniens, quæ est per se motus. *Illustratio (18) ineffabilis est quedam efficacia*, etc. Non per luctum tantum, sed patientiam tribulationum et tentationum probatur servus Dei: et per veram mortificationem omnium sensuum corporis et animæ, mundatur ab inquinamento vitiorum: et per contemplationem et susceptionem altarum Dei illuminationum, perfectus efficitur. Dominus enim ex Sina venit: id est, ex tentationibus et tribulationibus; et illuxit nobis ex Seir, hoc est, corporalibus laboribus et doloribus; et requievit ex monte Pharan cum millibus Cades, id est, ex monte fidei, cum infinitis sanctorum scientiis. *Sunt materiæ quæ fontes nostros*, etc. Sicut deliciae, gulæ, comestiones, vinum, mulieres, deliciarum usus, et amor omnis sensualitatis et carnalitatis, quæ omnia non solum siccant lacrymas, sed exterminant omne bonum. Fuge igitur, fuge, qui religiosus es, delicias vinum, et mulieres, quæ tibi sunt causa peccati, et apostatare faciunt sapientes¹⁹. Nam et justus Lot, Noe, David, et Salomon, per ista prævaricati sunt. D Sunt et aliæ materiæ, sicut amor principatus et honoris, et desiderium laudis, nominis scientiæ, et sanctitatis, quæ vacuum sapere in superbiam extollunt, et ab omni virtute radicibus evellunt, et deorsum ad inferna projiciunt, per quæ et diabolus ruit: *Ut virtutum materias, materias vitiorum (19)*, etc. Matres virtutum, sunt prudentia, fortitudo, temperantia, justitia, quas adversarii dicuntur effici occasionaliter matres malitarum, non conversione, sed abusu, qui est vere casus ab eisdem. Sane nimietate et deficientia, a virtutum medio recedimus: sicut, a prudentia, per versutiem et insi-

¹⁷ Exod. iii, 2. ¹⁸ Psal. ci, 5. ¹⁹ Eccli. xix, 2.

(18) Vetus interpres, *illuminatio*.

(19) Vetus interpres, *matres*.

plentiam : fortitudine, per temeritatem et formidinem ; a temperantia, per incontinentiam et severitatem ; a justitia, per avaritiam et falsitatem, et per zelum iræ fervidum, et falsam pietatem. *Docceant te hoc, Jesus*, etc. Elias, et Joannes, sunt perfectæ conversationis typus et forma. Qui seorsum orantes, et a mundo solitaria loca, et a sæcularium tumultibus segregata quærentes et colentes, docuerunt perfectionis amatores, locum et modum ad virtutum studium, pariter optima et necessaria fore. Et ostenderunt quomodo locus modo perfecte vivendi pulchritudinem dat et formam. Quare non modus solum (sicut quidam simpliciter et male dicunt), sed et locus, ad virtutis operationem necessarius est, qui maxime confert solatium et juvenem perfectionem quærentibus. Unde et noster adversarius (dicit iste Pater sanctus) plerumque movet ad lacrymas servos Dei, ex aliqua causa in civitatibus et inter tumultus hominum conversantes, ut eos taliter decipiat, et mundo appropinquare faciat, ac, ex hoc, verborum et conversationibus, et operibus inquinentur.

Cap. VIII (col. 827 C.).

Iræ vacuitas, est naturæ superatio. Naturæ victoriam dicit, iræ et furoris omnimodam depositionem, et concupiscentiæ mortificationem : naturaliter enim habent homines, irasci et concupiscere. *Iracundia, est subita cordis exardescencia,* etc. Ira est manens tristitia, et perseverans impetus ad vindictam. *Vel, ira, est habituata malitiæ memoria, cum odio contristantis.* *Furor, est moram inconstans motus,* etc. Furor, est ebullitio et accensio et evaporatio ad retributionem contristantis impetuose præcipitans. *Quippe per atramentum columba candorem demoliti essent,* etc. Qui secundum apparentiam languiniter agit, et Christum se diligere simulat, et (usque ad tempus retributionis) per silentium se occultat, et exspectat ut malum pro malo retribuatur, quasi per atramentum, columbam exterminat : quia charitatem, et puritatem, quæ per columbam significatur, per tenebrosam memoriam malitiæ et nigrum furoris livorem, necat, cordis tranquillitate, et pace et languinitate perdita, in qua Dei spes quiescebat : *Summa igitur adversum serpentem,* etc. Serpentem appellat, iram et furorem, propter cor durum, letale et malignum : durum, quia furiosus, hunc istum, nunc illum plagat, quia, dum se vitio per consensum et opus pravum servum exhibet, occasionem conturbationis et scandali singulis diebus (adversario cooperante) reliquis præbet. Est autem ira passio vesana, scientiam habentes infatuans facilliter, feralem constituens animam, et omnem affabilitatem declinare faciens, et ex hoc dira et talis et maligna : a qua movetur vento vehementi, et furiosus conturbatur a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Caliginis evaporationes obscurant ærem, et furis motus mentem iracundi, obtenebravit solum

nubes deorsum currens et mentem cogitatio vindictæ. Leo, in venatione, frequenter caudam movet ; et furiosus, in cella, cogitationes iræ. *Alia, in his qui adhuc rudis imbuuntur, ex fletu,* etc. Qui noviter introducti sunt, quasi quodam freno, lacrymia et suspiriis, et obedientia, in subjecta mente, omnem iram et furorem stringunt et ligant. Qui vero sunt perfecti, beata impassibilitate, quasi gladio ancipiti armati sunt, et in ipsa occidunt et interinunt omnem iram, et furorem, et manent ab insidiis de reliquo liberi. *Sanctæ quidem virtutes, Jacob scalæ comparantur,* etc. Congruè, propter sublevativum et sursum ferens ad celestia : malitia vero comparatur catenæ, propter grave et impediens omne bonum, et vinciens, et deorsum gravans, et trahens ad confusiores mores et opera, et una uni ansa conjungitur in catena, quia ex una malitia contrahitur altera. Pulchre autem catenæ cadenti⁹⁹, a Petro apostolorum vertice, malitiam comparet, quia Dei gratia nobis possibile esse, declarat, per fidem ferventem et veram pœnitentiam (quæ signatur in Petro) eam a nobis abicere, et ad virtutum libertatem redire. *Est istud quoque tenebrosum,* etc. Hoc, inquit, vitium præcipue triste et magis tenebrosum est, tam inter omnia gignentia et non gignentia, quam etiam genita vitia. Gignitur enim memoria malitiæ, et furor : nam timor cum furor, ipsam gignit, ipsa vero parit invidias et homicidia : quare dicit *causam, plus gignentibus, et non gignentibus, et genitis, habere tristitia.*

Cap. X (col. 846 C.).

Quocirca, et post suos majores, etc. Detractionis progenitores sunt ista : furor, ex ira ; ex ira, odium ; ex odio, memoria malitiæ ; ex memoria malitiæ, detractio ; ex istis, invidia, et sic tandem homicidium. *Tenuis languor,* etc., quia, quasi nullo delictum, apparet detrahenti, detractio, crassa vero omnino est, et quasi latens et abscondita animæ perditio. *Sicuti quadam sunt adolescentula,* etc. Istæ sunt, gula, ebrietas, fornicatio, scurrilitas, vana gloria.

Cap. XI (col. 851 B.).

Specula hostium. Quia non solum ab impugnantibus custodit, silentium in scientia, sed neque eos appropinquare sinit. *Paucorum verera est,* etc. Martis obstrictione a qua prohibetur, et per abstinentiam, lingua ligatur : quod cum est cibus corpori bene habenti, hoc est tentatio animo virili et Deum diligenti. Ventus aquilo, segetes nutrit et radicare facit, et tentationes probant et roborant corda virtutum sanctorum et animas. Nubes sine aqua effugantur a vento, et vitu linguosus. Dei justitiam a se respellit.

Cap. XII.

Qui, cum jocis otiosoque sermone, etc. Scurrilitas est sermocinatio joculatoria, et risum faciens, in quam quis multiloquio frequenter præcipitatur.

⁹⁹ Act. XII, 7.

Audientium luctus, miserabiliter demoliti sunt. Audientes sunt, qui sunt in pœnitentia: est enim gradus existentium in pœnitentia, qui dicitur plorantium, qui stant extra portas Ecclesiæ. Audientes igitur hos dicit Pater, lugentes scilicet super commissis. Est igitur apostolica traditio de divisione et ordinatione pœnitentium, purgandorum, et catechumenorum. Sunt vero pœnitentium quinque loci: locus plorantium, cum pœnitens stat extra ambitum ecclesiæ, et procidens, cum fletu, ab ingredientibus postulat orationem, ante ipsorum pedes prostratus; locus qui dicitur *audientium*, ante portas, quæ basilicæ dicuntur, ad audiendum officium, ubi pœnitentes divinum officium audiunt; subsequens ratio, quæ est statio ecclesiæ, intra ambitum ecclesiæ, in posteriori parte ambonis. Unde et, qui ibi est, in exclamatione quæ fit ad egressuros, et ipse cum eis egreditur consistorium, ibique statuitur, qui usque ad complementum sacri mysterii perseverant. Statio vero cum fidelibus, sit participatio vivifici panis, et communicatio et libatio calicis Domini. *Cum a mendacio mundi fuerimus, etc.* Est autem, inquit, quando tempus vocat eum qui in omnibus et ubique verax est et simplex, commutare aut verbum, mortem, aut suppositionem, habes David, Abraham, Raab et Samuel in unctione David.

CAP. XIII.

Qui igitur primum mandatum servant. Qui ex timore Domini agonizat et luctatur, ut Deo placeat, iste a timore carnali, et gula, et vanitate vitæ liberatus, conversationem habet in cœlo: quia ex certaminibus, humilitas; ex humilitate, divina illuminatio; ex divina autem illuminatione, castitas advenit homini, et ita manet regenerationis Christi filius, liberatus a contagio prævaricationis Adæ et a maledictione legis, *paulominus ab angelis* per mortem minoratus, ut taliter humiliatus odiret et rescinderet peccatum, et esset ex virtute et gratia Filius Dei. *Terrestrisque clypeus cordi*, id est, reconversivum et repulsivum dæmonum: ad differentiam scuti paraclitii et angelici, manifestans, ex hoc, excellentiam futuræ gloriæ defensionis Spiritus sancti, et angelicæ dignitatis, quorum ministratione, quasi inexpugnabili scuto protegimur, et munimur. *Non qui carnis lutum sine sorde servavit, etc.* Post lapsum primi parentis corpus corruptibile dicit, cujus membra spiritui subijcit, qui sensibus utitur secundum naturam et divinam servitatem, et in nullo Deum offendit, sed ad ipsum aspicit et imaginatur, et speculatur æternas et manentes pulchritudines, quæ in regno illius sunt. *Ex auroræ quippe candore, lux, etc.* In præsentī exemplo, unum alterius conciliativum existit: nam aurora læcis, lux solis. Auroram vero dicit, humilitatem; lucem dicit divinam illuminationem; solem dicit castitatem. Igitur, ex agonibus humilitas, ex hu-

A militate divina illuminatio, ex eadem, castitas. Primam comparat lucifero, secundam lunæ plenæ, tertiam soli. *Hi enim, ratione, veluti gladio quodam abscindere se, etc.* Quia principia vitiosarum cogitationum viriliter expugnant, et ab omni delectatione, et consensu, et opere malo recedunt. *Miserabilis quidem et ille qui corrui, etc.* Omnis qui verbo doctrinæ, aut exemplo operis, seu præcepto indiscreto vel injusto, fratrem aut subditum in harathrum impellit et immergit, sui ipsius et proximi, coram Domino, reus est: unde judicabitur utique sicut mortis auctor et actor. *Advertamus diligenter, et videbimus ipsos spirituales inimicos nostros, etc.* Sane intendamus, inquit, quomodo inimicus, contra unumquemque juxta quod cum dispositum viderit prælium statuit: et in quo nos magis inclinabiles, et facilius posse capi cognoverit; in illo sæpe malignitatis laqueos tendit: ut puta, secundum consuetudinem, aut ætatem, aut modum, aut locum, aut familiaritatis usum, nec indecentes, sed consonas et possibiles facilius adventiones et cogitationes immitit et casus parat, quibus unumquemque impugnet, et leviter supplantet et perdat. *Hanc, meam nec meam, etc.* *Meam*, quidem carnem dixit, tanquam animæ conjunctam, et ab ea dilectam: non *meam* vero sicut militantem contra animam, et ejusdem apparentem impugnatricem. Unde Apostolus¹¹, propter scandala animæ evenientia per carnem et ex carne, eam mortem appellavit. Gregorius vero Theologus, libidinosam, servilem, et nocturnam vocavit corporalem generationem ut concupiscentiam et libidinis et noctis opus, et spiritualis, et li: eræ generationis contrariam, ex infirmitate et originali contagione. Neque ex hoc, caro accusatur aut maledicitur, non enim ait, *corpus peccati, sed corpus mortis*; videlicet, in servitutiem, a morte subactum, non autem mortem generans: quod quidem non est malignitatis carnis, sed lapsus quem sustinuit ænigma. Et sicut, a Barbaris captivatus, non est Barbarus: ita corpus, mortis corpus dicitur, quoniam a morte victum et detentum existit; et ideo non mors, neque mortis genitor corpus: quapropter nec ipse postulat a corpore liberari, sed a mortali corpore. *Quærendum censeo, quis major sit, etc.* Non morientes, sunt natura angeli: his assimilantur, qui Christi gratia, sæpe naturalis excellentiæ castitatem servaverint; moriens vero et resurgens, Christus. Ex quo, iste sanctus consolatur resurgentes post carnis mortem, propter humilem et promptam pœnitentiam et obedientiam eos beatificans: insinuans ex hoc, quia nullus unquam hominum omnino sine peccato, quamvis quidam nobis appareant, vitia et peccata fugisse. Non enim est homo, qui vivat, et non peccet. Quare concludit: qui beatificat eum qui secundum apparentiam est sine peccato, fallitur, quia solus Christus est sine peccato, qui et mortuus est, et resurrexit. Quis

¹¹ II Cor. 1, 8.

ergo est, qui peccati mortem effugit? quare nemo utique est qui non offendat et peccet. Hi sunt ergo qui beatificandi sunt, qui per veram poenitentiam revocantur et renovantur. Videat ergo qui viam poenitentiae et religiosam elegit, quomodo secundum Deum vivat: quia si seipsum perfecte a curis et delectationibus et vitiis non mortificat, mendax effectus, quod promisit negat, et a beatificandorum numero seipsum improbat omnino, si seipsum quam citius per veram confessionem et poenitentiam non emendat. *Quid est quod in aliis peccatis seductus homo, etc.* Offendit quippe aliquis, et per ipsam viam qua perversus est, iterum rediit ad Dominum. Abnegavit enim (ut sic dicatur) per linguam, et per linguam rursus confessus est: rapinam manibus commisit, et manibus iterato dispersit et dedit pauperibus, et in aliis similiter. Qui vero fornicatur, non per illam viam qua cecidit, sed per aliam revertetur ad Dominum: quare proprie fornicatio, lapsus dicitur, et non offensio. Sane, quia monasticae conversationi, hoc utique (videlicet virginitatem, habere et observare) supra caetera supreme proprium est, quod et vult praedictio nominis monachi, et promissio: recte igitur, qui virginitatem corrumpit, vere caecidit irritans quod promisit. Quare proprie fornicatio, tum quia a naturae integritate, tum quia a professionis propria dignitate cadit, lapsus dicitur et non offensio. Ad hoc, qui contra opinionem offendit, existimando quoniam recte sapit, secundum ignorantiam percutitur plaga (30). Qui autem fornicatur, noscens quia opus malum est, sensibus ex delectatione perfluit, et non ex ignorantia patitur. Et haeresis quidem malum in anima sola consistit, fornicatio vero: ex electione arbitrii animae, malo consentiens, in corpore, corruptionis peccatum complevit. Quoniam vero nihil est naturale quod impugnet eum qui ab errore convertitur, totaliter ex conversione mundatur: qui vero ex fornicatione, tempore indiget, labore, et lacrymis, ut qualificatam et infusam delectationem et plagam concupiscentiae avertat. *Avaritia sive cupiditas est idolorum veneratio*²⁰. Tria sunt causantia avaritiam, amor concupiscentiae, amor gloriae, et infidelitas duabus crudelior, et alia multa. Sane sicut est impossibile, in idipsum simul convenire vitam et mortem, ita est impossibile, pecuniam diligentem habere charitatem.

CAP. XIV.

Avarus est Evangeliorum irrisor, etc. Audiens avarus Evangelium dicens, *Vende omnia quae habes*²¹, etc., sicut impossibile, perfectionis verbum subsannat: et, si omnes vendant, ait, quis emet? Et audiens, *Nolite cogitare de crastino*²², non credit, sed voluntarie contradicit et praevaticatur. Si vero contristetur in aliquo, tempus justitiae est, non

²⁰ Ephes. v, 5. ²¹ Matth. xiv, 21. ²² Matth. vi, 31. ²³ Act. xx, 35.

(20) Al. per ignorantiam pervertitur et plagatur.
(21) Melius peregrinantium, ut legit interpres.

quando mala patimur sed quando mala facimus, dicimus et cogitamus. Nos vero male tempus et ordinem commutamus, quia diligimus delicias et divitias, et odimus pauperitatem et dolores, et labores, et tribulationes, et tristitias, et passiones non anamus sustinere pro Christo, ut regnemus in aeternum cum ipso.

CAP. XV. — Ad gradum 21.

Non illum audias cum tibi, ut episcopatum, etc. Sane cordis confidentia et periculorum contemptus, ab uno istorum duorum penitus est: aut ex duritia cordis, aut ex multa fide ad Deum. Sed duritiam certe sequitur superbia, superbiam ruina; fidem vero sequitur cordis humilitas. Et humilitatis signa, humile et temperatum sapere, et simplicitas cordis. Mens autem illuminata, et deliberatio sancta et recta, cum gratia et dono discretionis, differentias spirituum cognoscere faciunt: sine istis vero arundo vento agitata unusquisque reperitur, nec sine duce et ejusdem perfecta obedientia quis a daemonum illusionibus et insidiis liber erit. *Atque ad manus pervenientium*²³, etc. Attende tibi, o tu qui eleemosynam suscipis, ut nullo modo recipias, nisi ea quae mittit tibi Deus ex laboribus et fructibus justis: et hoc, cum timore et tremore, tanquam de manu Dei, ad extremam tuam necessitatem. Quae autem sunt ex usuris, et pugnis, et injustitia, fraude, et rapina, et tyrannide tibi oblata, penitus evita, ne et tu cum offerentibus damneris: et memento laboris, et afflictionis, et regularis justitiae Patrum, et manibus tuis labora, ut justo vivas. Laborabis autem secundum Patrum regulas, ex obedientia, non tibi, absque murmuratione, ut per opus patientiam acquiras, et charitatis mandatum impleas: ut et corporis et mentis puritatem, et incessabilem orationem invenias, ut manuum opus et teipsum, oblationem offeras Deo, et salveris, quia beatius est dare quam accipere²⁴. Nam manibus, juxta apostolicam traditionem et naturaliter (ut dictum est) laborare, patientem, humilem, misericordem, justam, vigilem, et vere pauperem constituit mentem. Et hoc est quod docehit te praecipua Dei perfecte servare, si in subjectorum et pauperum fratrum congregatione eis (tanquam Deo, et non tibi) ex obedientia et non ex propria voluntate fideliter labores: quia taliter, catholice et regulariter, et non vane et vitiose Deo servies. *Cave ne proditori* (22) *unquam obtemperes, etc.* In epistola ad virginem, ait sanctus Athanasius, Si manifestaveris vitam tuam, pariet hoc tibi vanam gloriam et damnum patieris. Si autem animam inveneris tibi consentaneam, pariter quae Dei sunt facientem, huic quoque soli, in mysterio, revela: ibi enim non est vana gloria, quia qui loquitur ut animam salvet, multam mercedem

(22) Vetus interpres, Exterminatori.

accipiet, se habentibus desiderium audiendi, loquendi, loquitur ut salventur.

CAP. XVI. — *Ad gradum 22.*

Superbia est Dei abnegatio. Qui non ex ea qua sursum est sapientia, sed ex seipso aliquid se putat, direxisse, Deum negat, qui eum in omnibus protegens dirigebat, qua ex re cadit, a gratia derelictus, quam sprevit. Infernus, est ignorantia; perditio, est oblivio Dei: igitur ex ignorantia Dei, est amor proprius, ex eodem veto gula, luxuria, vana gloria et avaritia, et ex his vitia reliqua. Item ex ignorantia Dei infidelitas; ex infidelitate est incredulitas; ex inobedientia, impatientia; ex impatientia, superbia, qua est inventio demonum.

CAP. XVII. — *Ad gradum 25.*

Desinamus tandem judicare et condemnare proximum. Ex infidelitate quidem, inobedientia; ex inobedientia, impatientia; ex impatientia, propria complacentia, de qua dicit Propheta: *Hæc via illorum scandalum ipsis; postea in ore suo complacentium* 26; ex propria complacentia, vana gloria, ex eodem, superbia; ex superbia, blasphemia, qua est sensuum excessus, licet in simplicibus, sit blasphemia, ex dæmonum invidia. Est etiam blasphemia, ex judicio proximi; judicium vero proximi est ex eo quod diligit quis facere proprias voluntates, et ex negligentia orationis et ex illa qua sunt signa superbiæ.

CAP. XVIII. — *Ad gradum 24.*

Iustum ergo est et legitimum, ante solem lucem illustrari. — *Lux vera qua illuminat omnem hominem vententem in hunc mundum* 27, humanata veritas: a qua primo illuminati, item ad paternum diem per ipsam introducimur post ipsius contemplationem, nos qui sumus membra ejus. Nam mititas a conturbatione furoris et iræ, humilitas a falsitate, vana gloria, et timore liberat mentem: *Resurrectionis adversatio*; nam malignitas non permittit per poenitentiam resurgere a ruina et lapsu peccati.

CAP. XIX. — *Ad gradum 25.*

Sensum atque affectum et vim, etc. Unum esse sensum animæ, ipsa nos sacræ Trinitatis operatio docet, propter inobedientiam vero Adæ, divinus est in duas operationes. Hujus vero spiritus operationem, unam et simplicem a Deo fuisse factam, per Spiritum sanctum constat: quam nemo hominum scire potest, nisi illi tantum qui (spe celestium): seipsos et omnia prætereuntia et delectantia, non solum spernunt, sed ex odio sancto evangelico abominantur et oblivioni tradunt: quibus tantum, gratia Christi et merito, divinus ille sensus infunditur: ex quo et per quem mortui mundo, et in celo conversari dicuntur. *Adjectt sermo thesaurum includere, etc.* Thesaurum istum divinum humilitatis, secundum Apostolum, in fragilibus et corruptibilibus carnis vasis Domini, asserit posuisse 28, ut sublimitas sit virtutis ejus, et

A non ex nobis, cujus thesauri qualitatem nullus sermo valet explicare: ex qua qualitate, humilis appellatur qui humilitatem habet, qua inscriptio, incomprehensibiliter, thesauro circumposita est. Qua ex re secundum inscriptionem et qualitatem omnibus ignota est, multam vero et incomplebilem scrutationem et fatigationem exhibet his qui sermone inscriptionem discere quaerunt. Non enim verbis, sed simplici obedientia, et virtute, et abnegatione propria, et crucis bajulatione ad eam pervenitur. *Quicumque Dei Spiritu aguntur* 29: Non ait, quicumque Spiritum Dei acceperunt per baptismum, et postea tepide vivunt: sed qui accepto Spiritu, sicut filii celestialiter conversantur, hi nobiscum ingrediantur, etc. *Humilitas est animi gratia, sine homine, etc.* Non dicitur inominabilis, eo quod non habeat nomen, sed eo quod affectionum et illuminationum et sensuum, quorum humilitas perfectionem tribuit, experientia sola est magistra, et nominationis cognitionem donat veram atque scientiam, qua sibi ipsis viles effecti, se coram Deo nihil esse sentiunt et cognoscunt. *Ego autem, Trinitatem in unitate, etc., dico et adoro.* Sanc, sicut sancta Trinitas personarum est in una divinitate, et una Deitas in tribus personis, ita et poenitentia, et luctus, et humilitas, sunt invicem cognata et conjuncta et in divina gratia inseparabiliter continentur, et gratia, unum eadem facit et altitutum conjungit, et mentem quam inhabitant, ad Deum sursum agunt. Hinc sanctus dicit: *Ego autem dico et adoro, etc.*

Unus in omni creatura locus, etc. Chorus est Rubri maris profundum quod in transitu filiorum Israel semel vidit solem: et una cogitatio, id est fixa mortis cogitatio, et meditatio æterni iudicii, et crucis et mortis Christi, multoties pepercit humilitatem. *Uno et solo die totus mundus exsultavit, etc.* Scilicet in die resurrectionis Christi, vel natiuitatis ejus. Alii dixerunt de die in qua egressus est Noe de arca cum uxore et filiis et universis animalibus, et sacrificium obtulit Deo 30. Spiritualliter sic: rationes omnium existentium, in creatione productor, in solo homine videntur, ex intelligibilibus et sensibilibus factis. In die igitur privationis hujus a peccato, et resurrectionis in gratia, exultat omnis creatura, quia omnium existentium rationes, in ipso proprietatum suarum operationes, modum et pulchritudinem perfectionis ostendunt. *Prior enim octiduum dierum indicat, etc.* Id est, per superbiam inobediens tactus omnia precepta solvit. *Nam post conjunctionem meam, etc.* Ei qui conjunctus est humilitati, non est imposita lex, quia secundum quod abbas Isaac ait, humilitas non habet linguam, nec oculos, nec aures, sed nec alias animæ potentias, et corporis membra, quia neque mala facit, nec ab aliis facta sentit aut cogitat, sed tota pacifica et misericors, omnium peccata ut propria plorat, et sua solum

26 Psal. XLVIII, 14. 27 Joan. 1, 9. 28 II Cor. iv, 7. 29 Rom. VIII, 44. 30 Gen. VIII, 18 seqq.

ponderat, et aliorum culpas ponderare ignorat. Igitur libera, legem transgrediens, sola, Evangelium Christi gratiæ et veræ libertatis, servat. *Sunt et alia, magnifico huic possessori, etc.* Magnum possessorem, humilem, dicit; quia, qui humilis est, ex humilitate omnis monasticæ et angelicæ conversationis perfectionem possidet, in cujus anima sunt proprietates prædictæ omnes, quæ spiritualium divitiarum significativas sunt: una tantum excepta, quæ est secundum illud quod humili placet, scilicet, abyssus vilitatis et proprius despectus; quia hæc a videntibus est absconditum: ipse enim in solo vilitatis abysso quiescit. *Humilitas est regni cælestia janua.* Intellige de ingrediente monasticam vitam; quia qui per humilitatem, imitatione Christi, ingreditur vitam monachorum, iste bene per portam ingreditur in eam, et exiit de præsentī vita cum lætitia, et pascua inveniet in paradiso. *Juxta est, divina misericordia:* misericordiam dicit, gratiam quæ est effectiva humilitatis in anima. *Ignominia vero hæc probat.* Sane qui pro nobis passus est Christus, laborem posuit in suis præceptis, ut vanitates maculantes purgentur, et mali mores et vitia tribulationum patientia commutentur, et per humilitatem evomat superbia confessione, et intentione, et opere: nimirum quia qui religiosam vitam promittit, et renuit mala pati, non per pœnitentiam Christum sequitur, sed (amore proprio illusus) opere negat quod verbo promittit, et non Christum, sed vitæ labentis concupiscentiam et superbiam imitatur. Vana enim gloria et superbia, servire peccato per prospera et delectantia (quasi licita) faciunt, et nostram tepidam taliter voluntatem illudendo inficiunt, et a bonis gratiæ steriles reddunt: *Natura fert, ut sterilitas defectusque fructuum ciccorum* (25); etc. Hypocrisis observantia mandatorum Dei est, quæ facit monachum huic sæculo conformari, in mundanis operibus extolli, et varie implicari: quare et ab Apostolo ²¹, qui talis est, non immerito otiosus appellatur et sterilis. Qui autem mandatorum Dei fidelis operator existit, humilibus fructibus plenus, deorsum incurvatus, longanimitatis ramos ad subsannationes et illusiones et excussiones sustinendas, omnibus tradit. Naturam igitur vincens qui humilis est, altum sapere nescit; sed humilitatis spiritus actus illi se conformat qui semetipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis ²². Hinc, sanctus dicit, *quia arbores, etc.* [Non est, in creatura parvum et magnum ignem natura videre; et non est, in humilitate, materiæ speciem aliquam penitus remanere.] In sincera humilitate, materiæ species non remanet, quia perfecta humilitas nihil diligit vitiose: et omnium quæ sub cælo sunt oblita; solum quæ sunt Dei sapit et sentit. *Si superbia ex*

A angelis quosdam dæmones fecit, etc. Ex dæmonis angelos humilitas facere posse dicitur, si dæmones humiliari valent. Verum dæmones impœnitentes et obstinati manentes, non valentes humiliari, dæmones manent. Nos vero cum simus homines, etsi simus cadentes, pœnitere et humiliari. valemus. Quare confidamus, et quoties cadimus, per pœnitentiam iterum resurgamus. *Nervi hujus ac viæ sunt, etc.* Quod enim sunt in animalibus nervi, hoc ipsum sunt, ad civitatem pergentibus viæ. Sane, animalia, neque sine nervis starent; neque, sine viis, homines ad civitatem pergerent. Hoc idem (ait sanctus) est paupertas et peregrinatio, similiter humilitas, et reliquæ virtutes, sine quibus humilitas stare non potest: quia ad ipsam pergens, sine his ad eam non perveniet. Nervi igitur et viæ sunt, et non signa quæ numerat.

CAP. XX. — Ad gradum 26.

Is quidem qui tres hostes religiosa pietate, etc. Octo malignitatis vitia esse nunc dicit, per quæ nos diabolus impugnat: ex quibus, qui tria dejecit, omnium victoriam obtinuit. Sunt igitur hæc illa tria, in quibus rex noster Christus in deserto omnem victoriam complevit, scilicet gula, avaritia, et vana gloria, prosternens ea per abstinentiam, humilitatem, et orationem, accipiens angelos ministros ²³. *Nisi prius, in die animæ, sero fiat.* Sero et obtenebratio animæ, est negligentia, oblitio, et concupiscentia. Etenim nisi per concupiscentiam, in ignorantiam et oblivionem et insolentiam inciderimus, ab operatione, quæ est secundum mandatum, non efficiemur exsortes; nisi mens tenebrescat, non dominabuntur ei vitia et passiones: *Persuadebit tibi id, penitus, is qui, etc.* De abbate Leone dicit, qui seipsum in mortem pro quodam fratre liberando tradidit spontaneè. Vel de militum magistrano, qui in Corintho pro ejusdam virginis servanda virginitate, martyrium elegit suscipere. *Intellectualis mens, intellectualis etiam sensus, etc.* Intellectualem sensum et cognitionem habet; quem, in nobis et non in nobis existentem, querere non cessemus. In vobis est intellectualis sensus, sicut cohærens et unitus. Menti in omni homine, non in nobis vero, quemadmodum passionibus opertus in vitiosis existens, et sine operatione manet incognitus et nusquam apparens. Hunc, sanctus, ex toto corde querere admouet; quia, cum in nobis fuerit, vitia universa repellat: quem et divinum dicit, quia per Christi mortem et baptismum et spiritum sanctum, quem effudit in nobis, reparatus est. *Pro purgandis sordibus, obedientiæ bibisse poculum.* Sordem dicit advenire et in carne fieri ex immunditia delectationum: oculum vero animæ dicit intellectum vitiosa affectione infirmatum et conturbatum. Sed hunc silentio adjuvari constat, eo quod multilo-

²¹ Rom. xii, 2. ²² Philipp. ii, 7, 8. ²³ Matth. iv, 4 seqq.

(25) Melius (opinor) vetus interpretes, *quodam arborum quæ dicuntur cytri, etc.*

quiam, calorem spiritus extinguit in anima, et fluxus facere, naturam habet.

Hinc sanctus dicit: *Qui habet aures audiendi audiat* 24. *Itaque si mihi obedire, dicam vobis quomodo dæmonum infinitas pugnas fugietis.* Vita ex morte, requies ex passione et labore, et gloria ex ignominia Christi, data et nata est hominibus. Utiliter horum memoriam tenet, qui divitias, delicias, et altitudines vitæ hujus prætereuntis, et requiem, et delectationes, et concupiscentias fugit, spernit et odit; et verecundias, tribulationes, et dolores querit et diligit, ut Christum imitetur, sine cujus amore nemo salvatur. Deliciæ (fratres) resuscitant vitia, et gloria et requiës carnis, omnes malignas concupiscentias quæ variant et dividunt homines a Deo et diaboli subdunt imperio. Qui autem odit eas, et abominatur, et fugit, non variatur neque dividitur a via virtutum, sed imitatur Christum, et ex tota affectione adhæret ei. *Trinitate beatissima.* Auxilio igitur et gratia sanctæ Trinitatis, et compugnare et resistere tribus generalissimis vitiis valebimus; amori gloriæ, amori concupiscentiæ et delectabilium et amori pecuniæ et omnis cupiditatis: si tamen ad pugnam perrexerimus muniti tribus virtutibus, scilicet abstinentia, charitate et humilitate: nam carnalem amorem interimit abstinentia; amorem gloriæ, humilitas; amorem pecuniæ, charitas, sicut communicativa necat. *Est quidem perdifficile eas perturbationes.* Ubiunque præsumptio vel præassumptio vel præceptio, sive in singulari, sive in plurali numero scribitur in hoc libro; præoperatorum vitiorum non voluntariam memoriam et passionem, sive per auditum, sive aliter advenientem, dicit. Unde, præsumptio sive præassumptio est, ex vitiosa operatione et consuetudine nobis immissa et adveniens cum abstractione tentatio. Et quoniam ex ante patris culpæ mens et nostra caro vehementer plerumque, ut cicatricibus sauciæ, earumdem memoriis quasi plagatæ putrescunt, et sub multis tentationibus miserabiliter incurvantur, ideo sanctus dicit: *Est quidem perdifficile, etc.*

Timoris Domini exemplum. Condescendit Pater nostræ infirmitati, et ex minimis, nobis magna tradere conatur: erudiendo nos exemplo bestiarum et amoris corporalis, ad possidendum divinum timorem et amorem: et hoc quia perfecte Deum timere et amare non possumus propter nostram pravitatem et infirmitatem. Si enim intelligeremus illud quod magister perfectionis dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed potius eum timeate qui potest corpus et animam perdere in gehennam* 25. Et illud: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et quæ sequuntur* 26: non iis utique opus habemus. *Vidi item agricolas.* In intellectuali Ecclesia vinea, monachus virtutes excolere vocatus est: quod non implebit, nisi cordis

24 Matth. vi, 45. 25 Matth. x, 18. 26 Matth. xxii, 37. 27 I Cor. vi, 46.

(24) Vetus interpres, etiam legit, *abyssus*

A sui agrum ab omni inquinamento expurget, ac eum cum timore custodiat: *Malitia quidem est vitium.* Malitia est fallax iudicium eorum quæ intelliguntur et sentiuntur. Quod sequitur abusus (24) rerum. Malitia est malignus usus eorum quæ nobis in bonum a Deo data sunt. Vitium est motus animæ, contra naturam, vel ad amicitiam irrationalem vel ad odium indiscretum. *In duabus, maxime, generalibus virtutibus.* In abstinentia humili et obedientia simplici: quarum, prima quidem concupiscentia et delectationes interimit; secunda vero per mortificationem voluntatis lateritum roborat.

Aliud est cogitationum custodia. Custodia mentis est, reformatas et immissas in mente per inultum, cogitationes potenter expellere: servantia vero mentis est, ipsam omnino non receptibilem, a cogitationum inultu servare, et in divinis semper extendere et elevare. Item, custodia mentis est, agonibus et orationibus species cogitationum repulsare: servantia vero mentis est, incaptivabile cor, et incurabilis Christi Jesu memoriæ. *Aliud est contra cogitationes orare.* Hoc primum, est infirmorum et inlantium; secundum est proficientium et luctantium (25-26); tertium est perfectorum, et contemplantium, et inexpugnabilem. *Impossibile est per naturam.* Mens humana, naturaliter instabilis est et incorporea: quæ tunc a suo motu et varia seductione stabiliter et necubi errando C spargitur, cum Deo, per Spiritum sanctum unita copulatur: tunc enim omnia in Deo habet; qui ultimum vere concupitum, per requiem et contemplationem tenet. Vel sic iterum intellige: Anima incorporea, a corpore continetur, quod est, solius infinitæ sapientiæ ac potentiæ opus et manifestatio super humanam rationem et sensum; sed multo ineffabilius est, quomodo per Spiritum sanctum Dominus in ea manet: quoniam, *qui adhæret Deo, unus spiritus est* 27. — *Sæpe cupiditatis atque avaritiæ spiritus.* Suggestit demon avaritiæ, non dare eleemosynam; sed per humilitatem, fugere unitatem et nomen eleemosynarii. Supponit enim, quod ex hoc hominum complacentiam fugies: sicut vanæ gloriæ dæmon, ad complacendum hominibus, propose et apparenter dare incitat. Sic dæmon luxuriæ: luxuriosos enim, ad tribuendam eleemosynam exhortatur et inclinat, specialiter virginibus, et corpore formosis, ut familiaritate taliter habita, cum eisdem in foveam suæ perditionis cadant. *Quærendum quis horum altero fuerit humilior:* Omnino ille qui post labores, remunerationes accipit, est magis humilis. *Aliud est peccatum, aliud otiositas:* Peccatum namque est speciei, modi, ordinis, et dignitatis proprie corruptio: vel, peccatum, est divinæ legis prævaricatio, et celestium inobedientia mandatorum. Otiositas, est non laborare et non operari opera Dei, sicut illis dictum est: *Quid statis tota die otiosi* 28? Negligentia est,

(25-26) Vetus interpres, *agonizantium.*

operari quidem, sed insolenter et indevotè. Vitium est, confirmatio et conversio per consensum et delectationem facta ad ea quæ nocent, et illicita sunt. Lapsus est, cum ad infidelitatem aut libidinem et passiones lubricat corpus. *Sæpe fit, ut requies per inimicitias.* Sæpius ex naturæ fragilitate, aut infirmitate, aut senio, aut ex obedientia Patrum, requies non amata a servo Dei (ait Pater) recipitur, quæ mentis virtutem inimicitia evigilat, et carnis libidinem non inflamat: sicut multa carnis mactatio, non humiliter et discrete facta carnis motus incitat propter elatum sapere, licet, humiliter jejunantibus, hoc ipsum ex divina providentia sanctus Pater similiter, quandoque contingere dicat: ut perfecte humiliemur, et non confidamus in operibus nostris. *Hi quidem qui superna sapiunt.* Sine virtute enim et sine sapientia, nemo salvari potest. Unde omnium qui salutis sit particeps, supernam hereditatem actu seu contemplatione sortitur: et aliud medium non est. Qui ergo neglecta divina summitate, seipsum ad corporis affectiones inclinant, aut qui viriliter et hostiliter contra vitia et demones pugnare recusant: abstracti et illecti a corporali quiete, per segregationem, a virtute deorsum pergunt. Quare æterni regni possessio, solis qui superna sapiunt datur: nec est statutum filiis hominum medium aliud salutis, quam per virtutem et scientiam superna sapere. Quare sicut inter morientes in vitiis et pecuniis, et migrantes ad Deum cum virtutibus et charitate, est statuere, ad poenitentiam Deum placandum, cohabitationis medium, sed æterna utrisque redditur mansio secundum operationes et merita. Quapropter sanctus dicit: Qui superna sapiant, segregati a vitiis et corpore particulariter, a mente et affectu ad cœlestia redeunt: qui vero sunt deorsum, id est, qui in peccatis et vitiis conversantur, ad inferos, poenarum loca, descendunt, nec ipsis medium ad meritum amplius tribuetur. Dicit etiam quod unum creatorum in altero, id est, anima rationalis in corpore, accepit esse, et est; nimirum, quia a corpore separata anima, naturam habet in semetipsa perfecte consistere, relinquens nobis inquirere quare anima pejori colligata est, quia et hoc ipsum cum prædicta ratione, quare anima cum carne ligata est, sunt istæ:

Primo ut per agonem et luctam contra visibilia et concupiscibilia, gloriam promissam hæreditet: et quasi arum in fornace, tribulationibus, et tentationibus et doloribus cruciata, bravium virtutum accipiat. Secundo et hoc fit ex summa Dei bonitate, qui disponit ut non tantum suo dono et gratia accipiamus sperata, quinimo et electione voluntaria et cooperatione liberi arbitrii nostri, benigne nostrum fieri voluit quod bonum et suum est. Secundo, ut, quod pejus est (id est carne) anima cogeret servire spiritui, et omnibus sensibilibus superposita, dissolveret et destrueret, omnem concupiscentiam, et

A malignitatem, et superbiam vitæ. Tertio, quod Deus est animæ, hoc anima esset corpori, omnem a se animalitatem et feralitatem repellens, et quod Deo amicum est et beneplacitum quærens et tenens, nihil inconveniens et deforme aut inhonestum contra se prævalere permetteret, et odiret superbiæ malum, et altum sapere fugeret, et humilibus consentiret. *Tenet me vehemens admiratio.* Eo quod multo levius est ad exsequendum contrarii corruptio quam virtus, zelabile quidem et promptum negotium est filiis hominum, animalitas; et ideo dictum est eis: *Filii hominum, usquequo gravi corde* ³⁹? et iterum: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax* ⁴⁰. Sane, nil ita leve, ut fieri malos. etiamsi non fuerit ad malitiam nos quisquam agens, hoc enim est quod maxime circumvenit bonitatem, malignitas, rarum negotium possessio boni, et ad bonum. Attendentes pauci, quamvis multum sit quod advocat et trahit ad istud. Et hoc est quod Agguæ propheta dicit: *Interrogate sacerdotes de lege, utrum caro sanctificata sanctificet* ⁴¹. Et consequenter ostendens, quia difficulter est apprehensibile bonum humanæ naturæ, tanquam ignis, in aquosa et humida materia: parati autem ad mali participationem sunt plurimi, sicut stipula quædam, a scintilla ignis et vento accensa et consumpta. Solvit tamen Pater quætionem, ad mysteriorum secreta speculanda nos inducens. Ait ergo: Si omnia creata servant et habent quod naturaliter acceperunt in creatione, quomodo homo, qui imago Dei inter creaturas est, carni corruptibili conjunctus est? subaudi, quia per liberum arbitrium honoratus, Deum inhonoravit, nec servat quod accepit in conditione et factura, sed Dei adversario suum tradidit principatum, Deo inobediens factus: ideo lucratur mortem, ut odio habeat peccatum, et finem accipiat malum, et fit benignitas, punitio, quia, taliter adhærere Deo, eruditur. Quia ergo, per peccatum, non sum illud quod conditus sum: ideo concupiscentia et ignorantia plagatus sum, et insatiabiliter appeto et concupisco quod malum est. Sed quia semel punitus sum, et erudior quotidie flagellis, et hoc, ne damnationis æternæ judicium incurram, et Dei verbum ad me (suam imaginem) venit ut salvaret imaginem, et carnem faceret immortalem, et gratiam et potestatem dedit, ut fierem et essem filius Dei et hæres: excusationem non habeo si ipsum non sequor, si ad ipsum non aspicio, si ad ipsum ex toto corde et affectu continue non aspiro, quia ipse est Deus verus et vita æterna.

Siculi varia sunt humanorum oculorum lumina. Hic novem differentias et varietates obumbrationis gratiæ spiritualis fieri a Christo in anima quæ Deum diligit, narrat. Primam vero dicit, quæ fit per lacrymas corporales in spiritu conturbationis; secundam, quæ fit per lacrymas devotionis et amoris ad Deum, quas spirituales vocat, et hoc fit in spiritu

³⁹ Matth. xi, 6. ⁴⁰ Psal. iv, 5. ⁴¹ Psal. cxv, 11. ⁴² Agg. ii, 13.

pietatis; tertiam dicit quæ fit per oculos corporis A quando per ea quæ videntur ad cognoscendum et laudandum factorem sursum agimur et levamur, secundum Apostolum; quartam vero dicit eam quæ est per intellectuales oculos, quoniam noster intellectus intelligentia intelligibilium illuminatur, et ex nullo existentium, sed ignote solum circa divina movetur. Illam vero quæ fit ex auditu verbi illuminationem, ex fide, in fidei gustu factam dicit cum manifestatione aliqui mysteriorum Dei: quæ vero est a se mota, in anima, exultatio, illa est, de qua Joannes dicit: *Quia unctio ejus docebit nos de omnibus* 32. Eam autem quæ ex remotione cogitationum est, discretionem dicit et servationem, cum susceptione divinæ illuminationis et scientiæ. Eam vero quæ est ex obedientia virtutis et humilitatis, sensum intelligit esse, quem vitiis et mundo crucifixi, a Deo nostro Jesu Christo accipiunt, novamque per exstasim Christo exhibet mentem supernaturali abstractionem in Deum, dicit, per fortitudinis divinæ potentiam, factam: quæ symbolice in manna abscondito et stella matulina figuratur, et hanc nemo novit nisi qui accipit. *Sapiens itaque magis ut matres acquirat.* Matres virtutum dicit, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, fidem, spem, misericordiam, obedientiam, discretionem, humilitatem, et charitatem; filias vero, eas quæ oriuntur ex his. *Qui non pulsatur bellis.* Qui vicerit demones plagantes et percutientes eum, viriliter eis resistendo et repercutione eos atque plagando, licet plagetur, coronabitur. Plagas namque suscipit qui tentatur, et plagas tribuit qui tentationes potenter impugnat et repellit: qui vero consentit, non tantum plagatur, sed moritur, et non coronatur: qui vero non consentit, ex virili resistantia, plagat demones. Quare propter angustias et labores quos sustinet, coronabitur. *Tres noctes, in terra, cum fecisset quidam.* Tres quippe, sine vita in terra fecit in universo dies et tres noctes Christus Deus noster: qui vero ad imitationem Christi peccatum trium horarum vicerit, non morietur. Horæ tres sunt, in insultu tentationis et suggestionis receptio, delectatio, et consensus, quas virtuose vincens, non morietur. Vel horas tres dicit, juventutem, mediam ætatem, et senectutem, quas et vigiliis tres Evangelium vocat. Vel concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, et superbiam vitæ, id est, vanam gloriam, gulam, et avaritiam, quas, qui vincens, summam omnia prostravit vitia. Dicebat vero Patrum quidam: Quoniam ista tria timeo, peregrinationem a corpore, præsentationem ad Deum, et judicii sententiam. *Si quando ex disciplina, divina,* etc. Prævenit in benedictionibus gratiæ, servos suos, amator hominum Deus, ut eos purget a vitiis, et perfectos virtutibus faciat. Quare dicit Pater quia propter gravitatem, infirmitatem et ingratitude dispensative relinquitur ut tentemur: quod sol cognovit

diluculo, id est, taliter nos intelligere fecit hoc utile nobis esse, quia post multas obtenebrationes mentis et avaritias et crudeles vitiorum et dæmonum pugnæ, afflicti, moerentes et humiliati, iidem incitatur a gratia, et in nobis roborati firmamur. Cum vero cœlesti conversatione, per virtutum habitum, agiles et leves, a terrenis elongati fuerimus, tunc sedebit Dominus, et requiescet in corporibus et animabus nostris, et a perfecta in nobis habitatione omnis noster conatus et omne nostrum mortale sapere absorptum de melio tolletur, et tunc vere erimus filii Dei, regnum et sacerdotium ejus. *Querendum vero nobis est, quot, quibusve modis* In fuga fornicationis et omnium impugnantium castitatem, in fuga delectationum gulæ et omnium adversantium paupertati, in fuga honoris et omnium quæ sunt opposita et contraria humilitati, et in fuga murmurationis, distractionis et judicii, servus Dei, possidet coronam. *Obtenebratio fit causa offensionis.* Ignorantia ob-curat, concupiscentia offendit et respicit, delectatio cui consentitur, cadit et moritur, per opus vero et per usum, felet. *Aliud est perturbatio.* Turbat concupiscentia, diffundit avaritia et sollicitudo mundana, cæcat voluntas propria. *Nam omnis quoque qui in eadem peccatu non incidit, digne etiam pœnitentiam egit.* Pœnituit sed non digne. Qui enim digne pœnitet, non iterat lapsum, sed aequaliter a se omnem mortis ropellit casum. *Nobis tamen omnem hilaritatem ostendentibus.* Qui enim ex pusillanimitate pœnitet, et a bono proposito obedientiæ recedit, ut solitarie vivat, hic bona congregata, ex pœnitentia tali resolvit, quousque sentiat damnum sui sensus ex misericordia revocatoris cadentium Jesu Christi. Sane, qui ad meliora per magis perfectam pœnitentiam ascendit, facta mala solvit: itaque et qui ad pejora progreditur, malis mala apponens, apostasiæ et infidelitatis crimen incærrit. Unde servandum nobis est, quando et quomodo per amaram et asperam aliquam institutionem, a felle vitiosæ conversationis (quasi poculo sumpto) sanemur, nec hoc quidem semper, sed tempore congruo. *Malisque sensibilibus rerum affici.* Si quis ergo vere invariable mentis propositum, per orationem Deo vacantem et circa Dei intelligibilia elevatum sortitus est ab omnibus sensibilibus hic mortuus est, et delectabilium vitæ oblivionem possidet. Vivit quippe Christo, qui sensibilibus moritur: coruscatio præinsinuat tonitruum sonum, et superbia annuntiat adventum vanæ gloriæ. Nisi fuerit anima inquinata superbia, non illu-letur dæmonum plantasiis. *Possimus, ex naturalibus rebus.* Id de cervo et exemplo proprietatis ipsius dictum intellige, ut et de serpentis exemplo quod sequitur: *Nisi per angustam et arctam jejuniis.* Qui vanæ gloriæ, gulæ et luxuriæ deserviunt, et Dei verba prædicant, sunt sicut meretrices aduonentes alios de castitate. Sicut

32 I Joan. II, 27.

longinqua est ab iis qui quotidie fornicantur, castitas, ita et ab illis, spiritualium virtutum sensus et contemplatio. Qui continet ventrem, dimittit vitia, et qui vincitur ab escis, auget libidinosas delectationes. Principium quidem gentium Amalech⁴³, principium autem vitiorum, gula. Ligna namque multa excitant flammam, ciborum vero multitudo, luxuriam. Concupiscentia escæ peperit inobedientiam; et dulcedo gustus ejecit hominem de paradiso: ita et monachus gulosus frangit castitatis fœdus, et a pulchritudine contemplationis ejicitur.

CAP. IX. — Ad gradum 27.

Non ignorantes, canem quemdam. Canem dicit vanæ gloriæ demonem, qui sua impudentia omnibus insidiatur bonis, et corrodit curiositate, et loquacitate, et superfluitate, et ostentatione, et malignitate, atque corumpit animas imprudentium. *Quietis amicus, est fortis quidam.* Quietis solitariæ amator egrediens de cella cum silentio, mansuetudine, oratione mentali et charitate, non progreditur: verboque, a spirituali animæ consistentia non recedit, licet videatur extra quietem solitudinis, corpore exire. *Observat quidem, murem quæ hunc venatur, etc.* Murem intelligibilem, dicit homicidam diabolum, quem intentio quiescentis vigilanter observat, sicut cala murem. *Ut monachus alteri monacho adjunctus:* Duos monachos hic Pater ponit: unum, ab hominibus desolatum, qui corporaliter dicitur et est solitarius monachus; alium vero a propriis voluntatibus et cogitationibus et vitis separatum, quem spiritualem monachum et solitarium nominat; sicut de iis quæ sunt tantummodo animæ: sollicitum, et monachum monacho, id est, soli Deo assistentem. Hanc non sic liberatur a lapsu, qui corporaliter est solus, sicut monachus, prædicto modo cum monacho habitans, quoniam ex octo malitiæ spiritibus, quinque principaliter, solitarios impugnant, videlicet, acedia, tristitia, ira, vana gloria, et superbia. Tres vero obediens, gula, luxuria, et avaritia. *Solitarius, est forma terrestris angeli.* Id est, secundum quod est possibile, cum sequens, ab omni negligentia et pusillanimitate suam liberans orationem. Qui enim gratiam Paraclæti non accepit, non habebit orationis permanentiam et perpetuitatem: cum vero Paraclæti fuerit in homine tunc, sedens et ambulans, dormiens et vigilans laborans et quiescens, solus, vel cum aëlis, loquens et tacens orat angelus, est substantia intellectualis semper mobilis; arbitrio libera, Deo ministrans, in natura immortale quod est accipiens et habens: cujus substantiæ definitionem et formam, solus Creator novit. *Cur, quæso, non tot, apud tabennesiotas, etc.* Quia majoris quietis, et amplioris remotiois, et iudicatis, et orationis, et silentii, scythiothæ, et intelligibilis obedientiæ operatores et possessores

fuerint, visibilis obedientiæ et utilem et nocituram directionem, sub senioribus, absque cœnobiorum tumultu, in quiete eam reverentia et perfecta mortificatione tenentes usque in finem. Licet ergo magnum sit, quietis solitariæ angelicum opus, et majoris profectus quam cœnobia, vere purgatis a vitis, non vult hoc dicere propter magis infirmos, quos eadem conversatio liquefacit tanquam cernis plumbum: inest quippe infirmis ut plurimum lædentium appetitus, quare sæpius recidunt contraria sumentes, quia non est parvulorum, cibus perfectorum.

Imo, me ipse quidem. Ait, ipse quidem, quid sibi expellens est, cognoscet, nisi studium perfectum habuerit observantiæ mandatorum et virtuosæ conversationis, *Mortis properatio.* Id est ex promptitudine et bona voluntate, per imitationem novi hominis, mortificationem carnis et vitiorum monstrare, nihilque commune habere cum mundo, sed singulis horis desiderare mori, et esse cum Christo. Impossibile est habitum veræ charitatis esse in eo qui diligit aliquid vitiose, sed neque oratio, magis vero orationis macula, et in oratione ejus, augmentum iræ, et furoris, et timoris, et elationis assumptio erit. Sciens ac prudens tacebo reliqua: subaudi, lapsus carnis, excessus mentis, et vexationes Satanæ. *Exinanito enim felle,* id est, abnegata et mortificata et odio habita propria voluntate, fit diminutio vitiorum. *Cum medium illud arripissem.* Non clare narravit contemplationem sanctus, eo quod noluit omnibus talia revelare: dicit autem, exsequens orationem vigilanter et sine intermissione et pigritia, quod est medium trium operationum. *Intermedius effectus sum.* In mediis (inquit) effectus sum videlicet angelicis et intellectualibus ordinibus, quod est medium Dei et hominum. *Ac sitientem me illuminabat.* Et illuminatus fui ab eo (inquit) supernaturaliter. *Et ecce rursus erat in illis.* Et ecce (inquit) iterum mens erat in illis super spiritualibus et immissionibus divinis, et in ea quæ est circa ipsum contemplatione, non valens, ad principem in omnis creaturæ Christum Deum, propter inaccessibilem lucem, sursum agi et extendi, ex hoc desiderabam contemplari. *Quid quidem in eo erat ante visibilem formam.* Interrogavit vero a quodam angelorum de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ: a quo exclusus, iterum quæsit quomodo nunc existit? Et audivit: *In propriis et non in istis, a principe visionis, sancto angelo, subaudi.* *Et ego: Quænam (inquam) est dextra statio? etc.* Et iterum interrogavit: Quæ est dextera, et thronus? et audit rursus: Impossibile est tunc ista doceri. Iterum desiderio tractus, rogat adduci ad illud tempus perfectionis, in quo videat Verbum, sicuti est: qui denuo audit non esse videntis hoc accipere et intelligere, nisi prius absorbeat quod mortale est a vita, et imperfectio nostræ corruptio-

⁴³ Num. XLIV. 20.

nis periciatur ab igne Spiritus sancti omnia consumente. Est autem hæc visio relinquenda ad interpretandum, expertis. Præterea exsequens medium, orationis quæ post virtutum habitum vitiorum emundatione præmissa mente perficitur, in medio virtutum et contemplationis factus sum, inquit. Sant enim virtutes mortales et purgati animi seu contemplativæ exemplares seu intellectuales, sicut sunt contemplationes immediate, mediatæ et subjectæ; quibus sunt consonæ existentium activæ, contemplativæ vel intellectuales et transductivæ. Est vero virtutum mortalium finis, pietas vel compassio: virtutem autem animi jam purgati seu contemplativarum, finis est irremissibilis ad passiones et corporis depositio. Intellectualium vero seu exemplarium, deformitas et gratia. Virtutum igitur gradus medius est, illuminatio et intellectualis explicatio: ita, et cognitionum mediarum medium sunt contemplativa et intellectualia. Igitur, *medium exsequens, in mediis factus sum*, inquit, id est, perficiens et transgrediens activas et morales virtutes, et a vitiis purgatus, et a corpore elongatus. In mediis factus sum cognitionibus, contemplativis et intellectualibus: et illuminavit sitientem, ille a quo omne datum optimum et omne donum perfectum⁴⁴; et parvogavit me virus quæ talibus operationibus præsidet, et omnem ab anima caliginem persequens illuminationis immissionibus insatiabiliter me sitientem circumfulsit. Et post ista? Iterum erat in illis (subaudi mediis) divina illuminatio secundum C propositionem mentis. Et flammanes affectus, compellunt amantem interrogare a principe visionis, de veritatis visione sive symbolis, et de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ, et quæ consequuntur sicut superius leguntur.

Cum procedis congregata custodi. Id est, os tuum et cor tuum in locutionibus custodi, cavens propalare virtutes quia, ore inutiliter, indiscrete et vane aperto, virtutes quæ mentem ad Deum exaltabant, perduntur et volant et disparent. *Orti enim procaci appropinquat ruina*⁴⁵: Silentium vero est virtutum custodia. *Patientia, est rezationis quotidie expectata definitio*. Secundum mensuram humilitatis, datur patientia in tribulationibus et tentationibus, et secundum patientiam, allevatur onus tribulationum, et consolationum, per eam pergens, participat, et secundum consolationem magnificatur charitas ejus ad Deum, et secundum charitatem, possidet gaudium. Sane patientiam peperit spes et luctus, qui vero sine his duobus existit, aecidæ servus est ad omnia piger. Non enim qui talis est, possidet festinantiam bonæ voluntatis, sed in omnibus operibus suis anxiat et impotens fit et putat impotentiam, tædium, et discretium aecidæ, infirmitatem corporis esse; et ita seipsum sicut infirmum excusat, gulæ serviens et otio quo-

Amiam non habet fervorem boni desiderii et festinantiam et studium salutis animæ. *Unum spiritum observa vigilantius*. Unus spirituum qui semper impugnat, est fornicationis dæmon, maxime in incipientibus, et impugnantibus seu proficientibus, est aecidæ dæmon. In iis autem qui appropinquant perfectioni, est dæmon vanæ gloriæ. *Nulli cui turrim vel collem quietis ædificare*, etc. Turris significat perfectionem virtutum cum scientia ædificatam. Quicumque ergo operatus activam vitam, perfecte ad impassibilitatem habet aptitudinem, et dispositus est ad acquisitionem naturalium contemplativarum et divinarum veritatum et rationum; per quas perficitur perfecta scientia, et completur ædificatio turris, et quietis, et virtutum Christiformium.

CAP. X. — Ad gradum 28.

Volo, ait, magis verba menti meæ dicere, etc. Sensus animæ est ineffabilis gustus divinæ consolationis; qui cum charitatis pulchritudine fit. Quinque igitur verba sensu suo loquitur, qui (per Spiritum sanctum significatus) secundum proprietatem dictarum virtutum illuminationes, divina incendia et perfectiones intelligit, participat et gustat in iis quæ dicit. Quinque verba dicit omnis doctor qui convenientia singulis sensibus qui in nobis sunt exemplo operis et verbo doctrinæ remedia apponit. *In ipsa enim centuplum accipient monachi*: id est divina dona. Quod vero est inde: videlicet gratiæ quæ per orationem misericordibus monachis distribuuntur in eo quod est, id est, vita æterna et bona incorruptibilia quæ eis retribuuntur. *Ego unius substantiæ duas essentias*, etc. Quasi dicat: Ego, differentes ipsas existentes, unius dico esse operationis et substantiæ. *Quod videns ignem et aquam*. Ignem ardentem, ex Deo devotionem: et aquam lacrymas dicit. *Uno sæpe verbo incautus emisso*, propriæ commendationis et gloriationis. *Aliud est crebrinus, corde speculari*. Visitari quidem, est ad propriam considerationem ex contritione superveniente converti et contemplari, et congregare, et curam gerere de iis quæ sunt ad Deum, in seipso; visitare vero est, aliorum principative et sacerdotiliter emundare corda, et hostias acceptabiles multas Deo offerre, verbo, oratione et exemplo. Visitare, est continuo et fixe teipsum considerare, et sine remissione incessanter conspiciere, et census atque potentias animæ et corporis principative congregare, et per indesinentem orationem devote Deo offerre. *Corde, animo et spiritu* (29). Animam dicit, sensitivas et vitales potentias, spiritum vero, deliberativas voluntates et intellectuales affectiones, Spiritus etiam, est anima rationalis et intellectualis, et totum simul, dicitur Spiritus.

Expliciant glossæ sancti P. N. Joannis abbatis Raythi, super textibus Climaci.

⁴⁴ JAC. I, 17. ⁴⁵ PROV. XXVI, 28.

(29) Vetus interpres, *ere, anima et spiritu*.

ANNO DOMINI DCC.

AGATHIÆ

MYRINÆI

HISTORIARUM LIBRI QVINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS BON. VOLCANII.

GRÆCA RECENSUIT

B. G. NIEBUHRIUS C. F.

(Bonæ impensis Ed. Weberi MDCCCXXVIII.)

PRÆFATIO.

Agathiæ historiarum, non magnæ molis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnen-
sis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo æquus reprehendet, dummodo
compererit quam arduæ nobis hoc opus ægredientibus obstiterint difficultates. Etenim in
oppido, ex cujus prælis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber Græcus,
neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores
sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno manumque ultimam operi admovente,
satis accurate gnæviterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus.
Est tamen quo nos solemur: nam ingenti tædio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum
paulo gravius relictum sit mendum in Græcis, atque in scholiis criticis; nam de versione
Latina, quam abicere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa cum Schope-
nus, ab aliis his correctæ, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras reco-
gnovi. Jam vero in posterum hæ ærumnæ aut superatæ sunt aut certe valde imminutæ;
invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem,
ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exse-
qui possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de hujuscemodi dif-
ficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, majore nondum exci-
tata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus conjectura atque ingenio
sine libris perfici posset emendaretur; ejectis plurimis, qui Parisinam editionem sædant,
erroribus, temerariisque novationibus. Legeram librum, non omnino illepidum, ante mul-
tos annos, rerum cognoscendarum causa, eumque memoria repetens mihi persuadebam
illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis at-
que sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem jam tum mihi cognitus atque
valde charus *Joannes Classenus*, Hamburgensis, qui *HERMANNI*, viri summi, disciplina insti-
tutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philolo-
gicas explicamus, audiret. Hunc ego juvenem egregium, quem nunc in contubernio atque do-
mestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quæ-
que ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum tre-

quentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat. Fecit is quod cupiebam sine mora ac valde sedulo: ejusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolvendum sumpsi: plurima, quæ emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti; quædam improbavi; non pauca quæ ille non attigisset correxi ipse. Qua via ingressus, prioribus diligenter excussis, cum eos pejus longe quam antea cogitaveram se habere perspicerem, neque ullum ex libris subsidium aderat præter ea quæ, suasu meo, e Suida congesserat Classenus, versionem Personæ querere cœpi, quæ instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii: atque hoc accepto libro novum lumen operæ nostræ affulsit: Et si enim homo non unius stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris: — quippe qui de sensu, non dicam probabili, sed ullo, minime sollicitus esset: — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egrogium, cujus verba singula exprimere sæpe tentavit. Itaque multæ emendationes, cum Classeni tum meæ, illo auctore comprobatæ sunt: id vero in primis gratum erat, quod, quæ in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata inveniebam, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate Græcè restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuisssem, et liber jam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulisssem doctrinæ atque acuminis laudem. Verumenimvero cum ex Leunclavii præfatione ad editionem versionis Personæ Basileensem perspexissem quam longe codex Rhedigeranus præstisisset Vulcaniano, quanquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594, frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus ejus a prætore atque decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse: neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii; quo jubente codex huc transmissus est. Eum bis contulimus, ne quid non animadversum remaneret: nam primo id fecit Classenus solus: deinde iterum et ille et ego; hac ratione ut per vias alter impressum, alter scriptum codicem aut prælegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil veri posse accuratius.

Jam vero collecta amplissima lectionis varietate, cum ex his quæ ipse Vulcanius fatetur colligerem typhothetas nonnunquam in expedienda codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rhedigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geelii, v. cl., litterarum, quas tam egregie ornat excolitque, omni occasione oblata juvandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia conjunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas Rhedigerana cum Lugdunensi libro accuratissime collata est, idque cum magna operis mei utilitate: constitit enim in haud paucis locis dissensum, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utrumque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se sæpissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgaræ inhære, cum plane appareat codicem ex quo originem ducit inferioris esse notæ, nimis timidi aut superstitiosi; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordatior homo, cui hic scriptor primus edendus in utroque codice oblatus fuisset: præstantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaret.

Qua lege cum in conficienda recensione versarer, conjecturas in eam vix admisi: sunt tamen inter locos, ubi uterque codex in vitio conspirat, pauci quidam quos certa ratione conjiciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rhedigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem: de qua re silerem omnino, nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet: modo nuda divinandum vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conjeceram, lacunas quoque supplendo sarcieram, de quibus monere, ex quo certa pro conjecturis suppeditavit Rhedigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemque captarem me ipso facti teste? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat: utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni conjecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat: atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea juveni pudenti: ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quadam ascripsi. Accentuum orthographicæque rationem stabilendam suscepit in se Schopenus meus: de cujus doctrina atque ingenio quæ sentiam, hæc opportunitate usus prædicarem; nisi hæc quoque præfatio, antequam liber in publicum emittatur, ab eo inspicienda esset, prævideremque tunc cum summa ope pugnaturum esse ut illa delerem.

Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita morderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prælum immittantur, ad examen revocet; isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quæ viris primariis, qui cum maxime Græcos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Græci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum majores jam inde a sæculo x apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annani, Nicetani, cæteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinos ultimæ ætatis eum orthographiæ modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Agathias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probæ ætatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quæ in summis dicendi auctoribus magna sunt, in hujusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: μέλλειν enim semper in utroque codice uno tantum λ scribitur. Neque magis indicandum esse putavi quoties Ν ἐπιχρυσισκόν ex codice adderem.

Epigrammata libenter omissem*: cum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quæ Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quæ in Palatina servata sunt, additis iis quæ in capite παρὶ εἰκόνων exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpaucis locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinæ præstuli. Latina, elegis comprehensa, quæ Josephus Scaliger, atque Janus Dousa e Græcis Agathiæ fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti potuerunt quæ in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, jam finem præfationi faciam, cum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quæ necessaria sunt exposuero.

R. codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560, impensis Thomæ Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romæ, a duobus tribusve amanuensibus credo bibliothecæ Vaticanæ scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Græcum ex distichis clare patet; postremus autem alienigena fuit, Græcæque linguæ fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interjectis septenis vel octonis pl. m. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut conjecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavius auctorem habere credo, qui eum a. 1576, utendum acceperat. Quem codicem cum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658, iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obsceno; at cive, ut hinc colligere licet, non inutili.

Lugd. Lugdunensis, bibliothecæ academicæ, 54 inter libros Vulcanii, qui Agathiæ ex eo edidit: in catalogo p. 346: — Bombycinus, sæc. xiv: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo præstantior. Subjiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiæ de ludo tabulæ Zenonis Aug.; alterum, quod hic quidem eidem Agathiæ, in Anthologia vero Leonidæ Alexandrino tribuitur. Id h. l. τούτων inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero 54, id est, 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positurum conficitur, dummodo secundum distichum cum Lugdunensi scribatur:

Ἄλλὰ τῶν μέρουσιν ἐράσμιος· ὄψ' ἂν ἔγωγ
Ὀππόσον Οὐρανίας Καλλιόπης προσέροι

VUL. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quæ ex illa originem ducunt.

ED. PR. Editio princeps Vulcanii, quæ prodiit Lugduni 1594.

PAR. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiæ Byzantinæ.

EDD. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissimè ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriæ dotis habere, nemo est qui nesciat.)

INTR. Versio Christophori Personæ, ut exstat in editione Basileensi Pernæ.

CL. Conjectura Classeni.

Scribebam Bonnæ postr. Kal. Jan. MDCCCXXVIII.

* Omisimus ut ab instituto nostro omnino aliena. EDIT. PATR.

quiam, calorem spiritus extinguit in anima, et A sui agrum ab omni inquinamento exparget, ac cum timore custodiat: *Malitia quidem aut istium.* Malitia est fallax iudicium eorum quæ intelliguntur et sentiuntur. Quod sequitur abusus (24) rerum. Malitia est malignus usus eorum quæ nobis in bonum a Deo data sunt. Vitium est motus animæ, contra naturam, vel ad amicitiam irrationalem vel ad odium indiscretum. *In duabus, maxime, generalibus virtutibus.* In abstinentia humili et obedientia simplici: quarum, prima quidem concupiscentia et delectationes interimit; secunda vero per mortificationem voluntatis interitum roborat.

Hinc sanctus dicit: *Qui habet aures audiendi audiat* 26. *Itaque si mihi obtemperare vultis.* Si (inquit) vultis mihi obedire, dicam vobis quomodo dæmonum infinitas pugnas fugietis. Vita ex morte, requies ex passione et labore, et gloria ex ignominia Christi, data et nata est hominibus. Utiliter horum memoriam tenet, qui divitias, delicias, et altitudines vitæ hujus prætereuntis, et requiem, et delectationes, et concupiscentias fugit, spernit et odit; et verecundias, tribulationes, et dolores quærit et diligit, ut Christum imitetur, sine ejus amore nemo salvatur. Deliciæ (fratres) resuscitant vitia, et gloria et requiès carnis, omnes malignas concupiscentias quæ variant et dividunt B homines a Deo et diaboli subdunt imperio. Qui autem odit eas, et abominatur, et fugit, non variatur neque dividitur a via virtutum, sed imitatur Christum, et ex tota affectione adhæret ei. *Trinitate beatissima.* Auxilio igitur et gratia sanctæ Trinitatis, et compugnare et resistere tribus generalissimis vitiis valebimus; amori gloriæ, amori concupiscentiæ et delectabilium et amori pecuniæ et omnis cupiditatis: si tamen ad pugnam perrexerimus muniti tribus virtutibus, scilicet abstinentia, charitate et humilitate: nam carnalem amorem interimit abstinentia; amorem gloriæ, humilitas; amorem pecuniæ, charitas, sicut communicativa necat. *Est quidem perdifficile eas perturbations.* Ubique præsumptio vel præassumptio vel præceptio, sive in singulari, sive in plurali numero scribitur in hoc libro; præoperatorum vitiis non voluntariam memoriam et passionem, sive per auditum, sive aliter advenientem, dicit. Unde, præsumptio sive præassumptio est, ex vitiosa operatione et consuetudine nobis immissa et adveniens cum abstractione tentatio. Et quoniam ex ante patris culpæ mens et nostra caro vehementer plerumque, ut cicatricibus sauciæ, earumdem memoriis quasi plagatæ putrescunt, et sub multis tentationibus miserabiliter incurvantur, ideo sanctus dicit: *Est quidem perdifficile, etc*

Timoris Domini exemplum. Condescendit Pater nostræ infirmitati, et ex minimis, nobis magna tradere conatur: erudiendo nos exemplo bestiarum et amoris corporalis, ad possidendum divinum timorem et amorem: et hoc quia perfecte Deum timere et amare non possumus propter nostram pravitatem et infirmitatem. Si enim intelligeremus illud quod magister perfectionis dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed potius eum timeate qui potest corpus et animam perdere in gehennam* 26. Et illud: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et quæ sequuntur* 26: non iis utique opus habemus. *Vidi item agricolas.* In intellectuali Ecclesiæ vinea, monachus virtutes excolere vocatus est: quod non implebit, nisi cordis

Aliud est cogitationum custodia. Custodia mentis est, reformatas et immissas in mente per inultum, cogitationes potenter expellere: servantia vero mentis est, ipsam omnino non receptibilem, a cogitationum inultu servare, et in divinis semper extendere et elevare. Item, custodia mentis est, agonibus et orationibus species cogitationum repulsare: servantia vero mentis est, incaptivabile cor, et incurabilis Christi Jesu memoriæ. *Aliud est contra cogitationes orare.* Hoc primum, est infirmorum et iniliantium; secundum est proficientium et luctantium (25-26); tertium est perfectorum, et contemplantium, et inexpugnabilem. *Impossibile est per naturam.* Mens humana, naturaliter instabilis est et incorporea: quæ tunc a suo motu et varia seductione stabilitur et necubi errando spargitur, cum Deo, per Spiritum sanctum unita copulatur: tunc enim omnia in Deo habet; qui ultimum vere concupitum, per requiem et contemplationem tenet. Vel sic iterum intellige: Anima incorporea, a corpore continetur, quod est, solius infinitæ sapientiæ ac potentie opus et manifestatio super humanam rationem et sensum; sed multo ineffabilis est, quomodo per Spiritum sanctum Dominus in ea manet: quoniam, *qui adhæret Deo, unus spiritus est* 27. — *Sæpe cupiditatis aique avaritiæ spiritus.* Suggestit dæmon avaritiæ, non dare eleemosynam; sed per humilitatem, fugere unitatem et nomen eleemosynarii. Supponit enim, quod ex hoc hominum complacentiam fugies: sicut vanæ gloriæ dæmon, ad complacendum hominibus, pompose et apparenter dare incitat. Sic dæmon luxuriæ: luxuriosos enim, ad tribuendam eleemosynam exhortatur et inclinat, specialiter virginibus, et corpore formosis, ut familiaritate taliter habitæ, cum eisdem in foveam suæ perditionis cadant. *Quærendum quis horum altero fuerit humilior:* Omnino ille qui post labores, remunerationes accipit, est magis humilis. *Aliud est peccatum, aliud otiositas:* Peccatum namque est speciei, modi, ordinis, et dignitatis propriæ corruptio: vel, peccatum, est divini legis prævaricatio, et cælestium inobediencia mandatorum. Otiositas, est non laborare et non operari opera Dei, sicut illis dictum est: *Quid statis tota die otiosi* 28? Negligentia est,

26 Matth. vi, 15. 27 Matth. x, 18. 28 Matth. xii, 37. 29 I Cor. vi, 16.

(24) Vetus interpres, etiam legit, *abyssus*

(25-26) Vetus interpres, *agonizantium.*

operari quidem, sed insolenter et indevotè. Vitium est, confirmatio et conversio per consensum et delectationem facta ad ea quæ nocent, et illicita sunt. Lapsus est, cum ad infidelitatem aut libidinem et passiones lubricat corpus. *Sæpe fit, ut requies per inimicitias.* Sæpius ex naturæ fragilitate, aut infirmitate, aut senio, aut ex obedientia Patrum, requies non amata a servo Dei (ait Pater) recipitur, quæ mentis virtutem inimicitia evigilat, et carnis libidinem non inflamat: sicut multa carnis mactatio, non humiliter et discrete facta carnis motus incitat propter elatum sapere, licet, humiliter jejunantibus, hoc ipsum ex divina providentia sanctus Pater similiter, quandoque contingere dicat: ut perfecte humiliemur, et non confidamus in operibus nostris. *Hi quidem qui superna sapiunt.* Sine virtute enim et sine sapientia, nemo salvari potest. Unde omnis qui salutis fit particeps, supernam hæreditatem actu se contemplatione sortitur: et aliud medium non est. Qui ergo neglecta divina summitate, seipsum ad corporis affectiones inclinant, aut qui viriliter et hostiliter contra vitia et dæmones pugnare recusant: abstracti et illecti a corporali quiete, per segregationem, a virtute deorsum pergunt. Quare æterni regni possessio, solis qui superna sapiunt datur: nec est statutum filiis hominum medium aliud salutis, quam per virtutem et scientiam superna sapere. Quare sicut inter mortales in villis et pecuniis, et migrantes ad Deum cum virtutibus et charitate, est statuere, ad poenitentiam Deum placandum, cohabitationis medium, sed æterna utrique redditur mansio secundum operationes et merita. Quapropter sanctus dicit: Qui superna sapiunt, segregati a villis et corpore particulariter, a mente et affectu ad cælestia redeunt: qui vero sunt deorsum, id est, qui in peccatis et villis conversantur, ad inferos, poenarum loca, descendunt, nec ipsis medium ad meritum amplius tribuetur. Dicit etiam quod unum creatorum in altero, id est, anima rationalis in corpore, accepit esse, et est; nimirum, quia a corpore separata anima, naturam habet in semetipsa perfecte consistere, relinquens nobis inquirere quare anima pejori colligata est, quia et hoc ipsum cum prædicta ratione, quare anima cum carne ligata est, sunt istæ:

Primo ut per agonem et luctam contra visibilia et concupiscibilia, gloriam promissam hæreditet: et quasi aurum in fornace, tribulationibus, et tentationibus et doloribus cruciata, bravium virtutum accipiat. *Secundo* et hoc fit ex summa Dei bonitate, qui disponit ut non tantum suo dono et gratia accipiamus sperata, quinimo et electione voluntaria et cooperatione liberi arbitrii nostri, benigne nostrum fieri voluit quod bonum et suum est. *Secundo*, ut, quod pejus est (id est carnem) anima cogeret servire spiritui, et omnibus sensibilibus superposita, dissolveret et destrueret, omnem concupiscentiam, et

A malignitatem, et superbiam vitæ. Tertio, quod Deus est animæ, hoc anima esset corpori, omnem a se animalitatem et feralitatem repellens, et quod Deo amicum est et beneplacitum quærens et tenens, nihil inconueniens et deforme aut inhonestum contra se prævalere permetteret, et odiret superbiam malum, et altum sapere fugeret, et humilibus consentiret. *Tenet me vehemens admiratio.* Eo quod multo levius est ad exsequendum contrarii corruptio quam virtus, zelabile quidem et promptum negotium est filiis hominum, animalitas; et ideo dictum est eis: *Filii hominum, usquequo gravi corde* ²⁹ et iterum: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax* ³⁰. Sane, nil ita leve, ut fieri malos. etiamsi non fuerit ad malitiam nos quisquam agens, hoc enim est quod maxime circumvenit bonitatem, malignitas, rarum negotium possessio boni, et ad bonum. Attendentes pauci, quamvis multum sit quod advocat et trahit ad istud. Et hoc est quod Aggæus propheta dicit: *Interrogate sacerdotes de lege, utrum caro sanctificata sanctificet* ³¹. Et consequenter ostendens, quia difficulter est apprehensibile bonum humanæ naturæ, tanquam ignis, in aquosa et humida materia: parati autem ad mali participationem sunt plurimi, sicut stipula quædam, a scintilla ignis et vento accensa et consumpta. Solvit tamen Pater quæstionem, ad mysteriorum secreta speculanda nos inducens. Ait ergo: Si omnia creata servant et habent quod naturaliter acceperunt in creatione, quomodo homo, qui imago Dei inter creaturas est, carni corruptibili conjunctus est? subaudi, quia per liberum arbitrium honoratus, Deum inhonoravit, nec servat quod accepit in conditione et factura, sed Dei adversario suum tradidit principatum, Deo inobediens factus: ideo lucratur mortem, ut odio habeat peccatum, et finem accipiat malum, et fit benignitas, punitio, quia, taliter adhærere Deo, eruditur. Quia ergo, per peccatum, non sum illud quod conditus sum: ideo concupiscentia et ignorantia plagatus sum, et insatiabiliter appeto et concupisco quod malum est. Sed quia semel punitus sum, et erudior quotidie flagellis, et hoc, ne damnationis æternæ iudicium incurram, et Dei verbum ad me (suam imaginem) venit ut salvaret imaginem, et carnem faceret immortalem, et gratiam et potestatem dedit, ut fierem et essem filius Dei et hæres: excusationem non habeo si ipsum non sequor, si ad ipsum non aspicio, si ad ipsum ex toto corde et affectu continue non aspiro, quia ipse est Deus verus et vita æterna.

Siculi varia sunt humanorum oclorum lumina. Hæc novem differentias et varietates obumbrationis gratiæ spiritualis fieri a Christo in anima quæ Deum diligit, narrat. Primam vero dicit, quæ fit per lacrymas corporales in spiritu conturbationis; secundam, quæ fit per lacrymas devotionis et amoris ad Deum, quas spirituales vocat, et hoc fit in spiritu

²⁹ Matth. xx, 6. ³⁰ Psal. iv, 5. ³¹ Psal. cxv, 11. ³² Agg. ii, 13.

pietatis; tertiam dicit quæ fit per oculos corporis quando per ea quæ videntur ad cognoscendum et laudandum factorem sursum agitur et levamur, secundum Apostolum; quartam vero dicit eam quæ est per intellectuales oculos, quoniam noster intellectus intelligentia intelligibilium illuminatur, et ex nullo existentium, sed ignote solum circa divina movetur. Illam vero quæ fit ex auditu verbi illuminationem, ex fide, in fidei gustu factam dicit cum manifestatione aliquali mysteriorum Dei: quæ vero est a se mota, in anima, exultatio, illa est, de qua Joannes dicit: *Quia unctio ejus docebit nos de omnibus* ¹². Eam autem quæ ex remotione cogitationum est, discretionem dicit et servationem, cum susceptione divinæ illuminationis et scientiæ. Eam vero quæ est ex obedientia virtutis et humilitatis, sensum intelligit esse, quem vitiiis et mundo crucifixi, a Deo nostro Jesu Christo accipiunt, novamque per extasim Christo exhibet mentem supernaturalem abstractionem in Deum, dicit, per fortitudinis divinæ potentiam, factam: quæ symbolice in manna abscondito et stella matutina figuratur, et hanc nemo novit nisi qui accipit. *Sapiens itaque magis ut matres acquirat*. Matres virtutum dicit, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, fidem, spem, misericordiam, obedientiam, discretionem, humilitatem, et charitatem; filias vero, eas quæ oriuntur ex his. *Qui non pulsatur bellis*. Qui vicerit demones plagantes et percutientes eum, viriliter eis resistendo et repercutione eos atque plagando, licet plagetur, coronabitur. Plagas namque suscipit qui tentatur, et plagis tribuit qui tentationes potenter impugnat et repellit: qui vero consentit, non tantum plagatur, sed moritur, et non coronatur: qui vero non consentit, ex virili resistantia, plagat demones. Quare propter angustias et labores quos sustinet, coronabitur. *Tres nates, in terra, cum fecisset quidam*. Tres quippe, sine vita in terra fecit in universo dies et tres noctes Christus Deus noster: qui vero ad imitationem Christi peccatum trium horarum vicerit, non morietur. Horæ tres sunt, in insultu tentationis et suggestionis receptio, delectatio, et consensus, quas virtuose vincens, non morietur. Vel horas tres dicit, juventutem, mediam ætatem, et senectutem, quas et vigilias tres Evangelium vocat. Vel concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, et superbiam vitæ, id est, vanam gloriam, gulam, et avaritiam, quas, quis vincens, summam omnia prostravit vitia. Dicebat vero Patrum quidam: Quoniam ista tria timeo, peregrinationem a corpore, præsentationem ad Deum, et judicii sententiam. *Si quando ex disciplina, divina, etc.* Prævenit in benedictionibus gratiæ, servos suos, amator hominum Deus, ut eos purget a vitiiis, et perfectos virtutibus faciat. Quare dicit Pater quia propter pravitatem, infirmitatem et ingratitude dispem-

A salive relinquimur ut tentemur: quod sol cognovit diluculo, id est, taliter nos intelligere fecit hoc utile nobis esse, quia post multas obtenebrationes mentis et avaritias et crudeles vitiorum et dæmonum pugnas, afflicti, mœrentes et humiliati, iidem incitatur a gratia, et in nobis roborati firmamur. Cum vero cœlesti conversatione, per virtutum habitum, agiles et leves, a terrenis elongati fuerimus, tunc sedebit Dominus, et requiescet in corporibus et animabus nostris, et a perfecta in nobis habitatione omnis noster conatus et omne nostrum mortale sapere absorptum de medio tolletur, et tunc vere erimus filii Dei, regnum et sacerdotium ejus. *Quærendum vero nobis est, quot, quibusque modis* In fuga fornicationis et omnium impugnantium castitatem, in fuga delectationum gulæ et omnium adversantium paupertati, in fuga honoris et omnium quæ sunt opposita et contraria humilitati, et in fuga murmurationis, detractionis et judicii, servus Dei, possidet coronam. *Obtenebratio fit causa offensionis*. Ignorantia ob-curat, concupiscentia offendit et cespitat. delectatio cui consentitur, cadit et moritur, per opus vero et per usum, fetet. *Aliud est perturbatio*. Turbat concupiscentia, diffundit avaritia et sollicitudo mundana, cæcat voluntas propria. *Nam omnis quoque qui in eadem peccatu non incidit, digne etiam pœnitentiam egit*. Pœnituit sed non digne. Qui enim digne pœnitet, non iterat lapsum, sed aequaliter a se omnem mortis ropellit casum. *Nobis tamen omnem hilaritatem ostendentibus*. Qui enim ex pusillanimitate pœnitet, et a bono proposito obedientiæ recedit, ut solitarie vivat, hic bona congregata, ex pœnitentia tali resolvit, quousque sentiat damnum sui sensus ex misericordia revocatoris cadentium Jesu Christi. Sane, qui ad meliora per magis perfectam pœnitentiam ascendit, facta mala solvit: itaque et qui ad pejora progreditur, malis mala apponens, apostasiæ et infidelitatis crimen incurrit. Unde servandum nobis est, quando et quomodo per amaram et asperam aliquam institutionem, a felle vitiosæ conversationis (quasi poculo sumpto) sanemur, nec hoc quidem semper, sed tempore congruo. *Malisque sensibilibus rerum affici*. Si quis ergo vere invariable mentis propositum, per orationem Deo vacantem et circa Dei intelligibilia elevatum sortitus est ab omnibus sensibilibus hic mortuus est, et delectabilium vitæ oblivionem possidet. Vivit quippe Christo, qui sensibilibus moritur: coruscatio præinsinuat tonitruum sonum, et superbia annuntiat adventum vanæ gloriæ. Nisi fuerit anima inquinata superbia, non illuletur dæmonum phantasiis. *Possumus, ex naturalibus rebus*. Id de cervo et exemplo proprietatis ipsius dictum intellige, ut et de serpentis exemplo quod sequitur: *Nisi per angustiam et arctam jejunii*. Qui vanæ gloriæ, gulæ et luxuriæ deserviunt, et Dei verba prædicant, sunt sicut meretrices admonentes alios de castitate. Sicut

¹² 1 Jean. II, 27.

Yonginqua est ab iis qui quotidie fornicantur, castitas, ita et ab illis, spiritualium virtutum sensus et contemplatio. Qui continet ventrem, diminuit vitia, et qui vincitur ab escis, auget libidinosas delectationes. Principium quidem gentium Amalech⁴³, principium autem vitiorum, gula. Ligna namque multa excitant flammam, ciborum vero multitudo, luxuriam. Concupiscentia escæ peperit inobedientiam; et dulcedo gustus ejecit hominem de paradiso: ita et monachus gulosus frangit castitatis fœdus, et a pulchritudine contemplationis ejicitur.

CAP. IX. — *Ad gradum 27.*

Non ignorantes, canem quemdam. Canem dicit vanæ gloriæ dæmonem, qui sua impudentia omnibus insidiatur bonis, et corrodit curiositate, et loquacitate, et superfluitate, et ostentatione, et malignitate, atque corrumpit animas imprudentium. *Quietis amicus, est fortis quidam.* Quietis solitariæ amator egrediens de cella cum silentio, mansuetudine, oratione mentali et charitate, non progreditur: verboque, a spirituali animæ consistentia non recedit, licet videatur extra quietem solitudinis, corpore exire. *Observat quidem, murem quæ hunc venatur, etc.* Murem intelligibilem, dicit homicidam diabolum, quem intentio quiescentis vigilanter observat, sicut cata murem. *Ut monachus alteri monacho adjunctus:* Dnos monachos hic Pater ponit: unum, ab hominibus desolatum, qui corporaliter dicitur et est solitarius monachus; alium vero a propriis voluntatibus et cogitationibus et vitii separatum, quem spiritualem monachum et solitarium nominat; sicut de iis quæ sunt tantummodo animæ, sollicitum, et monachum monacho, id est, soli Deo assistentem. Sane non sic liberatur a lapsu, qui corporaliter est solus, sicut monachus, prædicto modo cum monacho habitans, quoniam ex octo malitiæ spiritibus, quinque principaliter, solitarios impugnant, videlicet, acedia, tristitia, ira, vana gloria, et superbia. Tres vero obediens, gula, luxuria, et avaritia. *Solitarius, est forma terrestris angeli.* Id est, secundum quod est possibile, cum sequens, ab omni negligentia et pusillanimitate suam liberans orationem. Qui enim gratiam Paraclæti non accepit, non habebit orationis permanentiam et perpetuitatem: cum vero Paraclæti fuerit in homine tunc, sedens et ambulans, dormiens et vigilans laborans et quiescens, solus, vel cum cœlis, loquens et tacens orat angelus, est substantia intellectualis semper mobilis; arbitrio libera, Deo ministrans, in natura immortale quod est accipiens et habens: cujus substantiæ definitionem et formam, solus Creator novit. *Cur, quæso, non tot, apud tabennesiotas, etc.* Quia majoris quietis, et amplioris remotionis, et nuditatis, et orationis, et silentii, scythiothæ, et intelligibilis obedientiæ operatores et possessores

A fuerint, visibilis obedientiæ et utilem et nocivam directionem, sub senioribus, absque cœnobiorum tumultu, in quiete cum reverentia et perfecta mortificatione tenentes usque in finem. Licet ergo magnum sit, quietis solitariæ angelicum opus, et majoris profectus quam cœnobio, vere purgatis a vitiiis, non vult hoc dicere propter magis infirmos, quos eadem conversatio liquefacit tanquam carnos plumbum: inest quippe infirmis ut plurimum lædentium appetitus, quare sæpius recidunt contraria sumentes, quia non est parvulorum, cibus perfectorum.

Imo, me ipse quidem. Ait, ipse quidem, quid sibi expellens est, cognoscet, nisi studium perfectum habuerit observantiæ mandatorum et virtuosæ conversationis, *Mortis properatio.* Id est ex promptitudine et bona voluntate, per imitationem novi hominis, mortificationem carnis et vitiorum monstrare, nihilque commune habere cum mundo, sed singulis horis desiderare mori, et esse cum Christo. Impossibile est habitum veræ charitatis esse in eo qui diligit aliquid vitiose, sed neque oratio, magis vero orationis macula, et in oratione ejus, augmentum iræ, et furoris, et timoris, et elationis assumptio erit. Sciens ac prudens tacebo reliqua: subaudi, lapsus carnis, excessus mentis, et vexationes Satanæ. *Exinanito enim felle,* id est, abnegata et mortificata et odio habita propria voluntate, fit diminutio vitiorum. *Cum medium illud arripissem.* Non clare narravit contemplationem sanctus, eo quod noluit omnibus talia revelare: dicit autem, exsequens orationem vigilanter et sine intermissione et pigritia, quod est medium trium operationum. *Intermedius effectus sum.* In mediis (inquit) effectus sum videlicet angelicis et intellectualibus ordinibus, quod est medium Dei et hominum. *Ac sitientem me illuminabat.* Et illuminatus sui ab eo (inquit) supernaturaliter. *Et ecce rursus erat in illis.* Et ecce (inquit) iterum mens erat in illis super spiritualibus et immersionibus divinis, et in ea quæ est circa ipsum contemplatione, non valens, ad principem in omnis creaturæ Christum Deum, propter inaccessible lucem, sursum agi et extendi, ex hoc desiderabam contemplari. *Quid quidem in Deo erat ante visibilem formam.* Interrogavit vero a quodam angelorum de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ: a quo exclusus, iterum quæsit quomodo nunc existit? Et audivit: *In propriis et non in istis,* a principe visionis, sancto angelo, subaudi. *Et ego: Quænam (inquam) est dextra statio?* etc. Et iterum interrogavit: Quæ est dextera, et thronus? et audit rursus: Impossibile est hæc ista doceri. Iterum desiderio tractus, rogat adduci ad illud tempus perfectionis, in quo videat Verbum, sicuti est: qui denuo audit non esse viantis hoc accipere et intelligere, nisi prius absorbeat quod mortale est a vita, et imperfectio nostræ corruptio-

⁴³ Num. xlii, 20.

nis periciat ab igne Spiritus sancti omnia consumente. Est autem hæc visio relinquenda ad interpretandum, expertis. Præterea exsequens medium, orationis quæ post virtutum habitum vitiorum emundatione præmissa mente perficitur, in medio virtutum et contemplationis factus sum, inquit. Sunt enim virtutes mortales et purgati animi seu contemplativæ exemplares seu intellectuales, sicut sunt contemplationes immediatæ, mediatæ et subjectæ; quibus sunt consonæ existentium activæ, contemplativæ vel intellectuales et transductivæ. Est vero virtutum mortalium finis, pietas vel compassio: virtutem autem animi jam purgati seu contemplativarum, finis est irremissibilis ad passiones et corporis depositio. Intellectualium vero seu exemplarium, deformitas et gratia. Virtutum igitur gradus medius est, illuminatio et intellectualis explicatio: ita, et cognitionum mediarum medium sunt contemplativa et intellectalia. Igitur, *medium exsequens, in mediis factus sum*, inquit, id est, perficiens et transgrediens activas et morales virtutes, et a vitis purgatus, et a corpore elongatus. In mediis factus sum cognitionibus, contemplativis et intellectualibus: et illuminavit sitientem, ille a quo omne datum optimum et omne donum perfectum⁴⁴; et purgavit me virus quæ talibus operationibus præsidet, et omnem ab anima caliginem persequens illuminationis immissionibus insatiabiliter me sitientem circumfulsit. Et post ista? Iterum erat in illis (subaudi mediis) divina illuminatio secundum

propositionem mentis. Et flammantes affectus, compellunt amantem interrogare a principe visionis, de veritatis visione sive symbolis, et de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ, et quæ consequuntur sicut superius leguntur.

Cum procedis congregata custodi. Id est, os tuum et cor tuum in locutionibus custodi, cavens proflare virtutes quia, ore inutiliter, indiscrete et vane aperto, virtutes quæ mentem ad Deum exaltabant, perduntur et volant et disparent. Ori enim procaci appropinquat ruina⁴⁵: Silentium vero est virtutum custodia. Patientia, est vexationis quotidie expectata definitio. Secundum mensuram humilitatis, datur patientia in tribulationibus et tentationibus, et secundum patientiam, allevatur onus tribulationum, et consolatorum, per eam pergens, participat, et secundum consolationem magnificatur charitas ejus ad Deum, et secundum charitatem, possidet gaudium. Sane patientiam peperit spes et luctus, qui vero sine his duobus existit, acedia servus est ad omnia piger. Non enim qui talis est, possidet festinantiam bonæ voluntatis, sed in omnibus operibus suis anxiat et impotens fit et putat impotentiam, tædium, et diserasium acedia, infirmitatem corporis esse; et ita seipsum sicut infirmum excusat, gulæ serviens et otio quo-

Amiam non habet fervorem boni desiderii et festinantiam et studium salutis animæ. *Unum spiritum observa vigilantius*. Unus spirituum qui semper impugnat, est fornicationis dæmon, maxime in incipientibus, et impugnantibus seu proficientibus, est acedia dæmon. In iis autem qui appropinquant perfectioni, est dæmon vanæ gloriæ. *Nulli cui turrim vel collem quietis ædificare*, etc. Turris significat perfectionem virtutum cum scientia ædificatam. Quicunque ergo operatus activam vitam, perfecte ad impassibilitatem habet aptitudinem, et dispositus est ad acquisitionem naturalium contemplativarum et divinarum veritatum et rationum; per quas perficitur perfecta scientia, et completur ædificatio turris, et quietis, et virtutum Christiformium.

CAP. X. — Ad gradum 28.

Volo, ait, magis verba menti meæ dicere, etc. Sensus animæ est ineffabilis gustus divinæ consolationis; qui cum charitatis pulchritudine fit. Quinque igitur verba sensu suo loquitur, qui (per Spiritum sanctum sensificatus) secundum proprietatem dictarum virtutum illuminationes, divina incendia et perfectiones intelligit, participat et gustat in iis quæ dicit. Quinque verba dicit omnis doctor qui convenientia singulari sensibus qui in nobis sunt exemplo operis et verbo doctrinæ remedia apponit. *In ipsa enim centuplum accipient monachi*: id est divina dona. Quod vero est inde: videlicet gratiæ quæ per orationem misericordibus monachis distribuuntur in eo quod est, id est, vita æterna et bona incorruptibilia quæ eis retribuentur. *Ego unius substantiæ duas essentias*, etc. Quasi dicat: Ego, differentes ipsas existentes, unius dico esse operationis et substantiæ. *Quod videns ignem et aquam*. Ignem ardentem, ex Deo devotionem; et aquam lacrymas dicit. *Uno sæpe verbo incautius emisso*, propriæ commendationis et gloriationis. *Aliud est crebrius, corde speculari*. Visitari quidem, est ad propriam considerationem ex contritione superveniente converti et contemplari, et congregare, et curam gerere de iis quæ sunt ad Deum, in seipso; visitare vero est, aliorum principative et sacerdotaliter emundare corda, et hostias acceptabiles multas Deo offerre, verbo, oratione et exemplo. Visitare, est continue et fixe teipsum considerare, et sine remissione incessanter conspiceri, et census atque potentias animæ et corporis principative congregare, et per indesinentem orationem devote Deo offerre. *Corde, animo et spiritu* (29). Animam dicit, sensitivas et vitales potentias, spiritum vero, deliberativas voluntates et intellectuales affectiones, Spiritus etiam, est anima rationalis et intellectualis, et totum simul, dicitur Spiritus.

Explicunt glossæ sancti P. N. Joannis abbatis Raythu, super textibus Climaci.

⁴⁴ Jac. 1, 17. ⁴⁵ Prov. xxvi, 28.

(29) Velus interpres, etc, anima et spiritu.

ANNO DOMINI DCC.

AGATHIÆ

MYRINÆI

HISTORIARUM LIBRI QVINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS DON. VULCANII.

GRÆCA RECENSUIT

B. G. NIEBUERIUS C. F.

(Bononæ impensis Ed. Weberi MDCCCXXVIII.)

PRÆFATIO.

Agathiae historiarum, non magnæ molis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnen-
sis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo æquus reprehendet, dummodo
compererit quam arduam nobis hoc opus aggredientibus obstiterint difficultates. Etenim in
oppido, ex cujus prælis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber Græcus,
neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores
sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno manumque ultimam operi admovente,
satis accurate gnauiterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus.
Est tamen quo nos solemur: nam ingenti tædio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum
paulo gravius relictum sit mendum in Græcis, atque in scholiis criticis; nam de versione
Latina, quam abicere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa cum Schopeno,
ab aliis his correctæ, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras reco-
gnovi. Jam vero in posterum hæ ærumnæ aut superatæ sunt aut certe valde imminutæ;
invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem,
ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exse-
qui possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de hujuscemodi dif-
ficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, majore nondum exci-
tata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus conjectura atque ingenio
sine libris perfici posset emendaretur; ejectis plurimis, qui Parisinam editionem fœdant,
erroribus, temerariisque novationibus. Legeram librum, non omnino illepidum, ante mul-
tos annos, rerum cognoscendarum causa, eumque memoria repetens mihi persuadebam
illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis at-
que sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem jam tum mihi cognitus atque
valde charus *Joannes Classenus*, Hamburgensis, qui *HERMANNI*, viri summi, disciplina insti-
tutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philolo-
gicas explicamus, audiret. Hunc ego juvenem egregium, quem nunc in contubernio atque do-
mestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quæ-
que ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum ire-

quentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat. Fecit it quos cupiebam sine mora ac valde sedulo : ejusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolvendum sumpsi : plurima, quæ emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti ; quædam improbavi ; non pauca quæ ille non attigisset correxi ipse. Qua via ingressus, prioribus diligenter excussis, cum eos pejus longe quam antea cogitavem se habere perspicerem, neque ullum ex libris subsidium aderat præter ea quæ, suasu meo, e Suida conghesserat Classenus, versionem Personæ querere cœpi, quæ instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii : atque hoc accepto libro novum lumen operæ nostræ affulsit : Et si enim homo non minus stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris : — quippe qui de sensu, non dicam probabili, sed ullo, minime sollicitus esset : — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egrogium, cujus verba singula exprimere sæpe tentavit. Itaque multæ emendationes, cum Classeni tum meæ, illo auctore comprobatæ sunt : id vero in primis gratum erat, quod, quæ in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata inveniebam, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate Græce restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuissém, et liber jam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulissém doctrinæ atque acuminis laudem. Verumenimvero cum ex Leunclavii præfatione ad editionem versionis Personæ Basileensem perspexissem quam longe codex Rhedigeranus præstisset Vulcaniano, quamquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594, frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus ejus a prætore atque decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse : neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii ; quo jubente codex huc transmissus est. Eum his contulimus, ne quid non animadversum remaneret : nam primo id fecit Classenus solus : deinde iterum et ille et ego : hac ratione ut per vios alter impressum, alter scriptum codicem aut prælegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil veri posse accuratius.

Jam vero collecta amplissima lectionis varietate, cum ex his quæ ipse Vulcanius fatetur colligerem typhetas nonnunquam in expedienda codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rhedigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geelii, v. cl., litterarum, quas tam egregie ornat excolitque, omni occasione oblata juvenandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia conjunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas Rhedigerana cum Lugdunensi libro accuratissime collata est, idque cum magna operis mei utilitate : constitit enim in haud paucis locis dissentium, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utriusque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se sæpissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgaræ inhæreret, cum plane appareat codicem ex quo originem hucit inferioris esse notæ, nimis timidi aut superstitionis ; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordator homo, cui hic scriptor primum edendus in utroque codice oblatus fuisset : præstantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaretur.

Qua lege cum in conficienda recensione versarer, conjecturas in eam vix admisi : sunt tamen inter locos, ubi uterque codex in vitio conspirat, pauci quidam quos certa ratione conjiciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rhedigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem : de qua re silerem omnino, nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet : modo nuda divinandi vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conjeceram, lacunas quoque supplendo sarcieram, de quibus monere, ex quo certa pro conjecturis suppeditavit Rhedigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemine captarem me ipso facti teste ? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat : utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni conjecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat : atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea juveni padenti : ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quadam ascripsi. Accentuum orthographiæque rationem stabilendam suscepit in se Schopenus meus : de cujus doctrina atque ingenio quæ sentiam, hac opportunitate usus prædicarem ; nisi hæc quoque præfatio, antequam liber in publicum emittatur, ab eo inspicienda esset, prævideremque tunc cum summa ope purgaturum esse ut illa deleteret.

Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita moderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prælum immittantur, ad examen revocet;isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quæ viris primariis, qui cum maxime Græcos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Græci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum majores jam inde a sæculo x apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annam, Nicetam, cæteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinis ultimæ ætatis eum orthographiæ modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Agathias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probæ ætatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quæ in summis dicendi auctoribus magna sunt, in hujusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: *μῆλειν* enim semper in utroque codice uno tantum λ scribitur. Neque magis indicandum esse putavi quoties N *ἐπιλαυστικὸν* ex codice addiderem.

Epigrammata libenter omissem*: cum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quæ Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quæ in Palatina servata sunt, additis iis quæ in capite *περὶ εἰκόνων* exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpaucis locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinæ prætuli. Latina, elegis comprehensa, quæ Josephus Scaliger, atque Janus Dousa e Græcis Agathias fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti poterunt quæ in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, jam finem præfationi faciam, cum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quæ necessaria sunt exposuero.

R. codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560, impensis Thomæ Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romæ, a duobus tribusve amanuensibus credo bibliothecæ Vaticanæ scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Græcum ex ductibus clare patet; postremus autem alienigena fuit, Græcæque linguæ fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interjectis septenis vel octonis pl. n. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut conjecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavium auctorem habere credo, qui eum a. 1576, utendum acceperat. Quem codicem cum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658, iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obscuro; at eive, ut hinc colligere licet, non inutili.

LUGD. Lugdunensis, bibliothecæ academicæ, 54 inter libros Vulcanii, qui Agathiam ex eo edidit: in catalogo p. 346: — Bombycinus, sæc. xiv: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo præstantior. Subjiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathias de ludo tabulæ Zenonis Aug.; alterum, quod hic quidem eidem Agathias, in Anthologia vero Leonide Alexandrino tribuitur. Id h. l. *ισόψηρον* inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero *ςχ*, id est, 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

*Ἄλλὰ τανῦν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὀψέ γάρ ἐργῶν
Ὀπλόσον Ὀβρατίας Καλλιόκη προσέρει*

VUL. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quæ ex illa originem ducunt.

ED. PR. Editio princeps Vulcanii, quæ prodit Lugduni 1594.

PAR. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiæ Byzantinæ.

EDD. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissimè ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriæ dotis habere, nemo est qui nesciat.)

INTR. Versio Christophori Personæ, ut exstat in editione Basileensi Pernæ.

CL. Conjectura Classeni.

Scribebam Bonnæ postr. Kal. Jan. MDCCCXXVIII.

* Omisimus ut ab instituto nostro omnino aliena. **EDIT. PATR.**

DE VITA AGATHIÆ MYRINÆI

EJUSQUE LIBRIS HISTORIARUM.

Agathias natus est Myrinæ (a) in Æolide Asiæ (b) : patre Memnonio, rhetore (c), matre Periclea, matrona sanctissima, quam triennis amisit (d). Hæc cum mortua ac sepulta sit Constantinopoli, credibile est patrem sese illuc in urbem regiam contulisse, ad quam undique ex provinciis Græci sermonis confuebant qui doctrinæ ingenioque confiderent. Fratrem habuit virum honoratum, cujus tamen nomen ignoramus (e) : sororem Eugeniam, doctam puellam, discordi matrimonio cum Theodoto quodam conjunctam (f). Agathiam, penultima syllaba correpta, nos vocamus; Græci idem nomen, pro accentus ratione, Agathiam proferunt : idque eum ipsum, cæterosque illius ævi homines, fecisse, ita ut penultima longa sterentur, ex ipsius epigrammatis apparet (g). Disciplinis litterarum, quas, qui liberali animo essent, percipiebant antequam se ad legum Romanarum studium converterent, Alexandriæ studuit : unde anno 554, Justiniani vicesimo octavo, post horribilem terræ motum, quem Alexandria ipsa, nunquam antea moveri solita, senserat, Constantinopolim regressus est (h). Quem studiorum juveniliū cursum qui reputaverit, non dubitabit Agathiam tunc decimum octavum ætatis annum egressum non fuisse, ejusque natalem in annum 536, vel sequentem, incidere. Cum vero Berytus illa clade collapsa esset, non dubium est eum in urbe regia antecessores audivisse. Quæ studia cum quinque annos impleret, quarto in quodam epigrammate meminit (i) ; et alibi leges Romanas artem suam esse ipse proficitur (j) ; quarum cognitionem cum dicendi facultate ita conjunxit ut causas ante tribunalia oraret : idque Constantinopoli, ubi in basilica clientibus operam dabat (k). Causidici tunc scholastici vocabantur (l), unde Agathiæ cognomen hæsit. Tenuit autem istud vitæ genus invitus, ac necessitate coactus, ut victum sibi quæreret (m) : nam ad amœniora studia se vocabat adolescentem honesta voluntas. Exaruerat nondum poesis, vivebantque adhuc in ore hominum fabulæ vetustatis : quin florebat in aula ipsa atque inter proceres qui versibus pangendis gloriam sibi quærerent : quauquam non imminabat solum veram, jamjam ingravescebat barbaries, quæ mox, extincto penitus antiquitatis lumine, densissimis tenebris, morumque immanitate, Græcas regiones sædavit, stuporemque pro prudentia induxit. Ad hæc delicias Agathias delatus, primum amatoria carmina brevia scripsit, quæ in novem libros, Daphniaca inscriptos, collegit (n) : pluraque præterea ejusdem generis alia : e quorum numero multa supersunt epigrammata, non invenusta. Postea, sed regnante adhuc Justiniano (o), collegit, atque in septem libros digessit, epigrammata, siquidem ejus verba ad litteram interpretanda sunt recentiorum, nondum edita (p) : quod si ita est, quæcunque in hoc genere Justiniano antiquiora, post Philippum Thessalonicensem scripta, legimus, alia corona, cujus mentio omnis perierit, comprehensa fuisse necesse est. Qua opera, quam Theodoro Decurioni (q) inscripsit, palam est eum potentiorum, quales Paulus Silentarius Macedoniusque exconsul erant, quorum plurima colligebat poemata, favorem aucupatum esse. Ex his Paulum laudibus non immeritis extollit, atque clientis officiis comiter colere videtur (r). Hoc ipso Paulo, nisi me conjectura de-

(a) Proœm. Hist. p. 8, 9, ed. Bonn. Smyræus vitiose dicitur apud Eudociam, atque in nonnullis Suidæ codicibus.

(b) Unde Asianus vocatur in Anthologia Palatina.

(c) Proœm. l. c. Epigramma Michaelii inter testimonia.

(d) Epigr. 45.

(e) Ei simul cum patre atque Agathia fratre statum posuerunt Myrinæi: Epigr. Michaelii.

(f) Epigr. 53. 54.

(g) Epigr. 56 :

Δαφνιακῶν βιβλῶν Ἀγαθίου ἐννεὰς εἶμι —

Epigr. 72 :

Ἄλλὰ κατῆρ με πόλῃος ἐναλλάξας Ἀγαθίας —
 Haud aliter in Latio Prudentius *Asclepiadem*, *Sidonius Euripidem*, penultima producta posuerunt : hic, *carm. IX, 251. Orchestrom* *quanti alter Euripides*, ille *Peristeph. X, 42. Asclepiades ire mandat milites* : cf. *ibid. 108, 392, 548, 687, 921*. Scilicet cuncti ista ita proferebant, at *Antiochiam, Alexandriam, Basilium*, eadem syllaba correpta. Atque in universum tenendum est, Græca pronuntiandi rationem, quam perimulti inter nostrates medio quod vocant ævo adulto ortam esse contendunt, quæ tamen, ut ex voluminis chartaceis et inscriptionibus pictis constat, in Ægypto sub Cæsaribus recepta erat, regnante Justiniano non aliter quam

sub Palæologis Constantinopoli obtinuisse. Hoc qui perspexerit facile intelliget Agathiam nostrum *Χερωνεύς* prima correpta protulisse, repudiandamque esse conjecturam quæ epigr. 100. *σῆσαν Χερωνεύ* pro *σῆσαντο Χερωνεύ* scribi jubet.

(h) *Hist. II, 16, p. 99.*

(i) Epigr. 4. Illo anno λύται dicebantur, unde τὰ λύσιμα τῶν νόμων — *inscr. epigr. 23.* — explicari posse videntur. Agathias trans portam in regione Perea morabatur, ut postremorum decem librorum singularium difficultatibus solvendis operam daret, procul ab urbis strepitu remotus.

(j) Proœm. l. c.

(k) *Hist. III, 1, p. 158.* Quod Smyrææ causas orasse conjecerunt, propterea quod *Ἐμυρναίων σχολαστικῶν* in libris corruptis vocari vidissent, id vero usque ad stoliditatem argutum est commentum.

(l) *Jac. Gothofr. ad C. Theod. VIII, 10, 2. Tom. II, p. 627, ed. Lips.*

(m) *Hist., III, l. c.*

(n) Epigr. 7.

(o) Id ex Præfatione apparet.

(p) Proœm. p. 6.

(q) S. Patavin, de quo officio consule J. Gothofredum ad *C. Th. VI, 25, 1; II, p. 126.*

(r) *Hist. V, 9, p. 297.*

cepit, Eutychianoque quodam hortantibus (s), mortuo Justiniano imperatore (t) ad historiam ævi sui scribendam animum adjerit: cum ad ultimum certe ætatis annum pervenisset. Credo tamen cum diu colligendis tantummodo narrationibus operam dedisse: namque opus quod ad nos pervenit adeo exigue mota est, ut, cum ea quæ de Chorois exitu narrantur acciderint anno 577, nemo sibi persuadeat illi conscribendo decennium potuisse impendi: imo eo amplius. Nam ne ista quidem de Persarum regis fuga et morte mox post eventum scripta esse, perspicue apparebit consideranti (u). Haud tamen debilis conjectura est, quando Agathias de Mauricii gestis narrabat, hunc adhuc privatum fuisse; quippe quem, absque ulla summi fastigii commemoratione, Pauli filium, magistrum militum, vocat. Id vero ad refellendam Fabricii opinionem sufficeret; qui sibi persuaserat Agathiam, quo tempore Evagrius historiam absolvit, scilicet anno 593, nondum elidiasse: at illa, accuratius inspectis verbis quæ vir nunquam sine laude commemorandus festinantis legit, ipsa per se concedit (v). Itaque Agathiam, Tiberio adhuc regnante, ante annum 582, quo anno Mauricius imperium adeptus est, e vita decessisse arbitror. Nam obitu ejus factum esse quod historiae opus ad finem non sit perductum, Meander innuit, oratione usus parum quidem apta (y), sed prævæ interpretationi minime obnoxia: modo meminimus Chorois mortem viginti fere annis post Honorum adventum in Thraciam, ubi quinti libri narratio abruptur, accidisse. Ac ne quis forte suspicetur ad molestiora negotia delatum, atque ita otio quod historiae scribenda tribueret privatum esse, in eodem vitæ genere permansisse vel cognomine teste compertum est. Quo concesso, quis credat fieri potuisse ut sponte omitteret gratum laborem a quo omni vi atque unice persequendo negotiis forensibus se distineri queritur (z)? quæ tamen cumulate offerri alias latandum sibi esse fatetur, ne inopia prematur. Nemo tamen hinc concludat Agathiam annumerandum esse infelicibus illis qui, ne fame vexentur, a litteris recedere coacti sunt. Nam illa erat scholasticorum conditio ut eorum avaritia legibus esset compescenda: neque clientibus caruisse credemus virum qui insigni facundia gloria et vivus et post mortem floruit. Itaque, nisi lusus est ista de sua sorte querela, illis accensendus erit Agathias qui, nisi alio modo laute vivere aliasque largiri possunt, egere sibi videntur. Quæ quidem opinio epigrammate confirmatur quo ille, pater oppidi dictus, in municipio suo locum, antea obscens immunditibus sordidum atque detestabilem, purgasse, atque eleganti ædificio, nescio quo, ornasse dicitur (a). Alia fortasse præterea pietatis officia in patriam contulit: quæ non minus propter hanc virtutem quam eloquentiæ causa, eum cum patre Memnonio et fratre statua ornavit (b): cujus honris, cum olim fuisset vulgarissimus, illo tempore, in privatos collati, vix aliud superest exemplum.

Mansi autem viro laudato etiam post funus eadem insignis fama eloquentiæ: ad quam referendum esse videtur quod Menander, qui ejus historiam continuavit, infantiam suam tam vehementer excusat. Itaque cum, renatis sub Basilidarum imperio litteris, eandem laudem appetere pusilli ingenui homines, Agathiam imitandum sibi sumpsit. Leo Diaconus, ut Hasius v. ill. indicavit: cui quod placuerit in hujus scriptoris, quo edito permagnum certe cepit historia incrementum, sermone exquirendo splendidum philologiæ documentum edere, id facundissimos quosque Atticos, si quis ad manes de factis nostris rumor manat, non sine invidia ferre existimo. Hodie Agathias vix cuiquam ultra melioritatem assurgere valebitur: licet G. I. Vossius, haud levis auctoritatis vir, tersum ejus atque floridum dicendi genus prædicit. Certe ipse sermo Græcus a puritate, quæ tamen minima laus esset, longe abest; ac, ut a vitis quidem grammaticis immunis, haud raro degeneris loquelæ nota foedatur: tum vero admista dialectorum, Ionice præsertim, epicorumque verborum varietate, sive quæsitæ sive imprudenter assumpta, sæpissime offendit. Quæ ut condonaveris ævi infelicitati, præcipueque difficultati scribendi lingua emoriente, antequam adulta sit atque e matris consortio exierit vulgaris, hæc jam quotidie utuntur; tamen, ut laudem tribuas historico, sapientiam gravitatemque requires: at id non minus frustra in Agathia nostro. Imo potius jejunum ingenium in sententiis prodit quas sæpissime profert, tritas admodum atque e locis pietatis communibus: ubi vero argute loqui satagit, frigidissimas. Viri boni animum cum ostentatione præ se fert: neque tamen, quantum dignoscere licet, falso: immunis ab insectatione pariter atque ab adulatione per universum opus: cujus, quæcumque in eo reprehenderis, ad cognoscendas res gestas summum pretium atque unica utilitas est. Italica tamen negotia parum cognita habuisse videtur, in orientabilibus longe versator. Quem si Procopio cum ingenio tum civili militarique prudentia longe inferiorem esse Gibbono facile concesseris; fatebere tamen eadem ratione super ceteros omnes, qui consecuti sunt, eminare: virum autem multo meliorem esse Procopio.

(s) Prooem. p. 7. 8.

(t) Ibid. p. 11.

(u) Hist. IV, 29, p. 273.

(v) Locum postul inter testimonia. Verba et καὶ μέγιστον ἔκδοματόν τις ad scriptores quos nominaverat referri non possunt: quæ si Evagrii meus esset, ratione jubente, scripsisset τυχάνοις. Sunt illa omnino mendosa, et nescio qua

de re interpretanda quæ Mauricii animum movere potuerit ut supplici regi auxilium denegaret.

(y) V. testimonia: ὀρθήθην ἀρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου.

(z) Hist. III, 4, p. 138.

(a) Epigr. 72.

(b) Epigr. Michaelii.

Christianus an fuerit, in utramque partem disputatum est: verum edito epigrammate quo tabulam archangelo dedicat (c), illam religionem professum esse extra dubium est. A quo si discesseris, inter cetera quæ proferri possent firmissimum ejusdem opinionis argumentum esset, quod apophthegma ex novo fœdere sibi notum esse prodit (d). Neque id tamen certum foret indicium: etenim, dominante religione Christiana, paucos illos gentiles qui Constantinopoli debebant talia nota habuisse non est quod dubitemus; atque ubi id profert Christianum loquentem inducit. Mitem vero animum in reprehendis alienis sacris, nisi improba sint atque immania; et indulgentiam quæ errori in hujusmodi rebus, utpote non voluntario, veniam tribuit (e); inter sævos illius ævi furores vix alibi expectares quam apud eos qui dominantium crudelitate et sævitia vexarentur ipsi. Itaque probabile est gentili patre procreatum. Græcanicisque studiis innutritum et delectatum, ne legum pœnis hominumque violentiæ obnoxius esset, non opinionis vi adductum, Christianis se adjunxisse.

Historiarum libri vulgo ex codice Lugdunensi inscribuntur περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας: vitio manifesto: cum scriptor se de morte Justiniani Germani f. — qui jubente Justiniano Jun. imp. necatus est — IV, 22, p. 255: atque de Chosrois sine (577) IV, 29, p. 272, dicturum esse promittat. At idem codex recte, pro illius ætatis more, quem ab Evagrion, Joanne Epiphaniensi, aliisque servatum videmus, libros πῆρους vocat.

Codices scripti perpauci supersunt. De Rehdigerano et Lugdunensi, quibus usus sum, dixi. Vaticanum membranaceum esse, antiquum, mihi significavit Ang. Maius v. ill. qui variantes scripturas ex quarti libri initio delibatas speciminis loco misit. Eæ cum Rehdigerano libro ita conveniunt ut valde probabile sit hunc inde exscriptum esse. Exscriptus autem est ex codice integro: ut Vaticanus, monente Maio, nunc quidem est, suppletis a recentiore manu aliquot foliis, sed quoniam ea aliquando deerant, inde ortæ sunt lacunæ in versione Personæ, licet codici quo is usus est cum Rehdigerano proxima intercedat affinitas. Tamen hic Vaticanus codex ut aliquando inspiciatur, optandum est; quo plane de fide atque auctoritate Rehdigerani constare possit. Præterea ex Montefalconio Harlesius Fabricio ascripsit, integrum opus exstare Græce inter codices scriptos Ottobonianos; atque in cod. MMIV bibliothecæ Vaticane antiquæ Agathiam de Bello Gothorum: e contrario in Marciana Venetiis cod. DCCXII, librorum posteriores, deficientibus primo et secundi parte: scilicet, ut videtur, illa ipsa de Narsētis bello Italico narratione.

Cum autem Agathias in eorum numero fuerit historicorum quos Constantinus Porphyrogenitus in eclogas redigi jussit, leguntur ex illo tria de legationibus excerpta in codice Bavaro, quorum collatio cum editis debetur doctissimo Spengelio. Multo plus idem scriptor ad titulum de sententiis conferre dedebat, quem nuperrime in luminis oras reduxit ill. Maius: vir juvenis litteris divinitus sæculo nostro concessus, et « cui nemo civium neque hostis quibus pro factis reddere operæ pretium. » Sex folia de his excerptis superesse is nos edocet (Coll. Vaticanæ scriptorum Græcorum II, p. 464.): quorum collationem ab ejus amicitia petissem, impetraturumque fuisse certe scio, verum opere jam profligato nolui molestus esse viro minime otioso.

Præterea superest in Parisiæ regie cod. MDCl membranaceo, Fonteblandensi, folium unicum, cujus lectiones quæ variant, Jedit. Iisdem fortasse terminis continetur fragmentum de Francis Laurentianum LIX, 17, 9, — ubi in plut. LXXIV, 13, 64, varia ex quinque libris excerpta inveniri, Harlesius adnotavit, Bandinium secutus, cat. codd. Gr. II, p. 550; III, p. 113, quod opus inspicient quibus illo frui posse contingit.

Hadrianus Junius Animalversicorum I, 4, ut interpretis oscitantiam et recordiam confutaret, aliquot Agathias locos Græce transcripsit, multis annis ante principem editionem Græcam. Ac planum quidem est Junium videri se uti exemplari Græco voluisse: quæ tamen affert, ea cuncta ex Suida desumpta sunt: terminantur enim plane iisdem finibus quibus illius excerpta, ejusque scripturam dissentientem a codicibus representant.

Editiones tres Græcas, que lucusque prodierant, supra in Prefatione indicavi: ubi etiam de Latina versione egi, quam Christophorus Persona, prior S. Balbinæ, confecit: qui itidem partem librorum Procopii transtulit. Eam in Fabricii Bibliotheca, ab Harlesio recognita, invenio impressam esse Romæ ap. Jac. Mazochium 1516. fol. repetitam deinde Angustæ Vindelicorum per Sigism. Grinum et M. Wirsung 1519. 4, et postea cum Procopio atque Jornande, aliisque affinis argumenti libris, præmissa beati Klenarii præfatione, Basileæ ap. Hervagium 1531, fol. et Lugd. 1591. 8: — dedicationem Personæ a Sixto IV Pont. M. editam esse in dissertationibus Zeni Vossianis, II, p. 141 — 144.

Ego usus sum editione quæ a Fabricio dicitur prodisse anno 1576, Basileæ ap. P. Pernam: sed anni notam in exemplo quod mihi adest frustra quæsi. Ib. Agathias præmittuntur Zosimus a Leunclavio, Pro-

(c) Epigr. 1.

(d) Hist. III, 12, p. 103. Cf. Indicem Græc. s. v. ζῆλο. (e) Hist. I, 7, p. 28.

copius a Raphaele Volaterrano, Personaque ipso, versus : subjiciuntur auct. Jornandis libelli, et Leonardus Aretinus de bello Italico. Quod Fabricius in hac editione versionem Agathiae ex recensione sive interpolatione J. Leunclavii haberi dicit, is error est. Nihil mutavit Leunclavius; contentus locis non adeo multis in margine correctionem indicare: sed cum, finita impressione, Redigerantium codicem utendum accepisset, ea quae interpres, sive propter codicis defectum sive ob alias nescio quas rationes, omiserat, vertit: non paucis locis plane insanam versionem meliore mutavit: ea omnia sub finem praefationis collecta proposuit: *Agathiam interpolatam* inscripsit.

Bellum Butilini, primum libri Agathiae, secundique initium, magnus Grotius vertit in Historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655, 8: eam versionem loco Vulcanianae non posuisse, quatenus patet, licet deinde ad pejorem redeundum fuisset, male me poenitet.

Haec haecenus. Nam de Anthologia Agathiae disserere, ab hoc loco meisque rationibus maxime foret alienum.

TESTIMONIA ET JUDICIA DE AGATHIA.

ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαιοδὸν
Δίζυγος εὐεπίης βυθμὸν ἀγασσαμένη,
Ὡς μήτηρ ἐτέλεισσαν ἔφ' ἰδέε, καὶ πόρε τήνδε
Εἰκόνα, καὶ σπογγῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμόνηται δὲ τοκῆα, κασιγνήτόν τε σὶν αὐτῷ
Ἔσθησ, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

EVAGRIUS, *Hist. eccl.* IV, 24, *ex ed. Rob. Steph.*: Πέπρακται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναροῦ λόγου πολλοῦ βξια, Βουσελίον καὶ Συνδούαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησασμένη μέχρι Ὀκτανοῦ· ἅπερ Ἀγαθίᾳ μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, οὕτω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφίχεται.

IBEM, *ibid.* V, 24: Τὰ ἐγόμενα δὲ τούτῳ (τῷ Προκοπίῳ) Ἀγαθίῳ (sic) τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε καὶ πολίτῃ καὶ συγγενεὶ καθ' εἰρμὸν ἱστώρηται, μέχρι τῆς Κοσμοῦ τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου — ὑποδεξαμένου — βασιλικῶς, καὶ — καταγαγόντος, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδικότες.

JOANNES SCHOLASTICUS EPIPHANIENSIS *in initio fragmenti*: Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοι τε καὶ Μῆθοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἐπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυριναίῳ, ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετὰ γε Προκόπιον τὸν Καισαρῆα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράφαντι.

MENANDER PROTECTOR *ap. Snidam* s. v. Μένανδρος: Ὀρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφὴν, ἔρξασθαι μετὰ τὴν ἀποδίσωπιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν

SU DAs et EUDOCIA s. v. Ἀγαθία: Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος (*meliores eodd. ap. Snidam* Μυριναῖος) ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρῆα, τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πρόξεις· τούτῳ τε καὶ τῷ Ναροῦ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν Λαζική καὶ Βυζαντίῳ. Οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἐμμετρά τε καὶ καταλογάδην, τὰ τε καλούμενα Δαφνιακά, καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν· συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλενταρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

SCHOLIUM PALATINAE ANTHOLOGICAE. Ἀγαθίου σχολαστικῷ Ἀσιανοῦ Μυριναίου, οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων. Ἠκμασον δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἔγραψεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπὶ ὀνομαζόμενα Δαφνιακά· ἔγραψε δὲ ταῦτα ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουριῶνα.

GER. JOH. VOSSIUS *De histor. Graecis* II, 92. Multum illa tempora ornabat Agathias. — Dictione utitur tersa et florida. Gentilem fuisse praeter alia ostendit illud passim, quo libro III utitur cum sermo sit de martyrio B. Stephani.

GIBBON, *the history of the decline and fall of the Roman empire*: c. XLIII, ann. 47:

We must now relinquish a statesman and soldier (Procopius), to attend the footsteps of a poet and rhetorician.

EDITIONIS PARISINÆ DEDICATIO.

POSTERITATI.

GALLIA ET HISPANIA

FUNESTISSIMIS BELLIS ANNOS SUPRA VIGINTI

DISTRAHERANTUR.

JULIUS MAZARINUS

DEPLORATAM PACEM

EXCITAVIT UNUS ET BEATAM TRANQUILLITATEM

QUAQUA PATENT LATISSIMA DUO REGNA

FELICITER IMPARTITUS EST.

INGENS FACINUS

ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT

ORATORUM ET POETARUM

INFINITA NATIO.

VANUS UTROBUMQUE LABOR.

HOC NUDO ET CONTRACTO PANEGYRICO

ASSEKIT

EMINENTISSIMO PRINCIPI

IMMORTALITATEM

IMMORTALITATIS PARENS

TYPOGRAPHIA REGIA

Scribebat ad prelum

EMINENTIÆ SUÆ ADDICTISSIMUS

SEBASTIANUS MABRE,

ex Alia depos SEBASTIANI CRAMOISY,

Typographiæ Regiæ Curatoris.

BON. VULCANII EPISTOLA.

ILLUSTRIBUS AMPLISSIMISQUE VIRIS,

ORDINIBUS

HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ, DOMINIS POTENTISSIMIS.

Cum varis sint artes ac scientiæ, societati generis humani conducibiles ac necessariae, illustres amplissimique viri, maximam profecto laudem merentur ii qui ad eas perdiscendas et ad publicam utilitatem accommodandas omne suum studium atque operam conferunt. Proxima est eorum laus quorum labor omnis atque industria versatur in linguis auctoribusque quibus illæ ipsæ artes sunt tractatæ nobisque traditæ excolendis atque illustrandis, quique vel veteres scriptores Græcos e situ et squalore eruant et in lucem proferunt, vel jam antea editos, sed male ab indoctis interpretibus habitos, resingunt, et pristino sæque nitore integritatique restitunt. Quod quidem studium tametsi ob exiguum quæ inde affulget lucrispem perpaucos hodie habet sectatores (plerique enim eas artes sequuntur e quibus facilis est ad opes et honores cursus), mihi tamen, qui studiorum dignitatem non privato quæstu, sed publica utilitate metiri soleo, miridice semper placuit. Utilitatem vero quam hoc studii genus secum trahit longe maximam quis, obsecro, est adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confesso est ex veterum Græcorum fontibus doctrinam omnem esse hauriendam; quis non videt quanti interat ut illi ipsi fontes pari atque illimes conserventur? Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit crassa nonnullorum interpretum inscitia, nemo est etiam infra mediocritatem doctus qui nesciat; sensique ipse cum in aliis multis auctoribus, tam vero præcipue in Cyrilli Alexandrini Thesauro, et divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnosco Cyrilli præter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc est interpretandi Græcos auctores et in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturæque meæ convenientiorem semel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; et quidem non pauca veterum auctorum theologia, philosophica, historica poeticaque scripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, sed ita ut ἀνεκδότοις ἐπιλύχεια merito censeri possent, nova interpretatione donavi, non exigue uti spero rei litterariæ bono. Tametsi ex iis quædam, nescio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, summoque multorum doctissimorum virorum desiderio, totos jam quindecim annos apud typographum cui ea excudenda dederam hærent. Nunc vero Agathiam historicum optimum qui Justiniani imperatoris res gestas post Procopium Cæsariensem est persecutus, Græce ante hæc nunquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum sææ ætatis doctissimum, quique unus illam δέξυρα εὐκρίην, hoc est poeticen cum oratoria, ita eduxit, ut dubium sit in utra magis excelluerit; in utraque certe non dubiam de omnibus sui ævi scriptoribus victoriam reportavit. E cujus editione plurimum et Historiæ et Græcæ linguæ incrementi ornatuque est accessurum. Cum enim varia gravissimæque bella adversus populosissimas potentissimæque nationes, Francos scilicet, Gothos, Vandalos, Hunnos et Persas gesta describat; tum vero de eorum moribus atque institutis, ac præcipue de Persicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat scitu dignissima quæ apud alios scriptores nusquam reperiantur. Stylus ipse plane est floridus atque amœnus, multis sententiarum luminibus illustratus. Verbis vero utitur selectissimis, et frequenter a communi usu ac significatione remotis; adeo ut Suidas diligens glossographus potissimam Lexici sui partem ex hujus scriptis concinnarit. Hunc itaque Agathiam scriptorem luculentissimum, quem olim Persona ita lutularat ac deformarat, ut quicunque eum attingeret merito exclamaret: *Aquam manibus; εὐκρίσωπον* nitidiorique habitu a me donatum vobis, illustres amplissimique viri, merito inscribendum dicandumque existimavi primum, quod ex vestra academia in lucem prodeat; in qua cum jam tredecim circiter annos vestro beneficio honestissimo hoc otio litterario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, nisi darem operam ut exstaret publicum aliquod singularis meæ erga vos observantiæ gratique animi monumentum; deinde, quod non indignum vobis hoc manuscriptum litterarium indicarem, cum ob auctorem ipsum qui apud doctos omnes summo semper fuit in pretio, tum vero magni illius imperatoris cujus historiam scribit nomine; in qua quidem historia multa conscribuntur sapienter ab illo prudenterque excogitata, felicissimeque perfecta; e quibus nonnulla, uti spero, in usus vestros convertere poteritis ad florantissimam reipublicam vestram stabiliendam et nominis vestri celebritatem, quæ rerum pro libertate tuenda gestarum magnitudine longe lateque est propagata, magis magisque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam si intelligam studium hoc meum vobis, illustres amplissimique viri, probari; magnumque

mihî honorificum iudicium vestrum calcar addiderit ad alia id genus veterum Græcorum monumenta c Bibliothecæ meæ peno deponenda et Latine vertenda publicoq̄ue communicanda.

Deus Opt. Max., illustres amplissimiq̄ue viri, reipublicæ ejusque seminario academici vos quam diutissime servet incolumes. Lugduni Batavorum, anno Domini MDXCIV, Kalend. Januarii.

ILL. DD. VV.

Addictissimus
BONAVENTURA VULCANIUS.

BON. VULCANII

DEDICATIO

ET PRÆFATIO NOTARUM IN AGATHIAM.

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO, D. JOANNI AB OLDENBARNEVELT,

JURISCONSULTO CLARISSIMO

ILLUSTRIUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ADVOCATO ET A CONSILIIS.

Quod Agathiæ meo superioribus hisce diebus ad illustres Hollandiæ et Westfrisiæ ordines aditum aperueris, nobiliss. amplissimeque vir, secutus es ingenitam tibi planeque propriam benignitatem tuam, et singulare quoddam juvandi ornandique litterarum cultores studium. Quod vero illi ipsi ordines hoc quiddam est meæ opellæ illustri ipsorum nomini inscriptum adeo splendido præmio compensarint; fecerunt profecto rem potentissima florentissimaque reipublica sua dignissimam, et mihi liberalitate sua plusquam regia maximum ad hoc studii genus alacrius persequendum calcar addiderunt. Recte vero Symmachus (lib I epist. 73), ad Hesperium suum scribens; « Scis, inquit, bonas artes honore nutrirî, atque hoc specimen esse florentis reipublicæ, ut disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. » Quo quidem eximio beneficio ut me sibi in perpetuum devinxerunt: ita tibi, vir nobiliss. qui summa apud ordines ob eximiam doctrinam prudentiamque tuam, et præclara in republ. merita, vales auctoritate et gratia, quod tua imprimis commendatione adeo uberem honorificumque laborum meorum fructum perceperim, quam maximas possum ago gratias, relaturus aliquando, si occasio et facultas suppetat. Interea, memoris gratique animi veluti pignus quoddam, habe a me hasce NOTAS, post editum in lucem Agathiam natas, eoque præcipue consilio tuo nomini destinatas, ut summum tuum erga litteratos studium, et insignes virtutes tuas, quæ te omnibus admirabilem reddunt pariter et amabilem, exteris etiam hominibus faciunt notas.

Bene vale, nobiliss. amplissimeque vir, et rei litterariæ magis ac magis fave. Erit hoc tibi imprimis honorificum, et reipubl. salutare. Lugduni Batavorum. Anno Domini MDXCIV.

Dignitatis tuæ studiosissimus
BON. VULCANIUS.

CANDIDO LECTORI.

Annus est integer quod Agathias hic meus Græcæ est excusus, neque multo minus quod et Latinus. Ad Græcam editionem usæ sunt operæ typographicæ codice meo vetere manuscripto, quem propter valetudinem tum temporis incommodam, aliasque justas ob causas, transcribere nec licuit nec libuit. Quo factum est ut præter vitia exemplaris quæ consulto ita reliqueram, quod eorum castigationem notis meis reservaram, accesserint etiam alia menda typographica, ob insolentiam characteris cui non assueverant operæ. Cum vero jam ad colophonem propemodum perducta esset etiam Latina mea versio, venit mihi in mentem audisse me aliquando Coloniz a nobilissimo doctissimoque sel. mem. viro, D. Thoma Redigero, datum a se cuidam negotium transcribendi e quadam Italiæ bibliotheca Agathiæ Historiam; quod quidem cum jam ductum ita factum fuisse plane mihi persuasissem, nisi exemplar mei Agathiæ Græcæ excusi ad Cl. V. Jacobum Monavium, rogavique per litteras ut illud cum manuscripto codice Agathiæ, quem omnino Vratislaviæ in bibliotheca Ill. DD. Redigerorum exstare putabam, conferri curaret. Quod

com ille pro singulari suo in rem litterariam studio in se recepisset, spondissetque curaturum se ut editioni mee prolixè satisfaceret, simulatque prefectus bibliothecæ qui tum peregre erat domum redisset; significavit tandem multis post mensibus Agathiam ms. a bibliothecario domum reverso diligenter questitum nequaquam comparere; quod quidem et me et illos pessime habuit: me, omnioram quam editioni vana mea spe injectam videbam; illos, quod in bibliotheca sua quem sperabant thesaurum non reperissent. Ego itaque, ne mihi ipse longiore mora officerem, neve (quod in Cyrilli Alexandrini libris de adoratione in spiritu et veritate, et in concilio Ephesino Græco, jam accidit, et vereor ne etiam in Nicæno Græco accidat ab aliis præveniret, mihi quo et labor omnis meus, et honos quicunq; ex hac arena laboris plena expectari potest, veluti e manibus eriperetur: editionem diutius differendam, dum ἀντίγραφον aliquod offerretur, non censei, præcipue cum plane σὺν ἀγαθῇ τύχῃ affulsisset Agathiæ pariter et mihi auspiciatissimum illud Juliani silus; magnus, inquam, ille Josephus Scaliger, maximi Jul. Cesaris F. qui mihi merito, quoties aliquis dignus vindice nolus occurrit, fuit ἀκριβοτάτου ἀντιγράφου δίκην. Cujus quidem optatissimus in hanc academiam adventus utinam Latinam Agathiæ mei editionem antevergisset! Plurimum enim illius litteratorum principis iudicio in locis nonnullis de quibus ambigebam tribuissem; cui universus doctorum consensus libens assurgit, fascosque submittit. Superest, candide lector, ut operam meam quam optimi hujus auctoris editioni interpretationique impendi, boni consulas; et cum apibus potius si quid in ea sit boni decerpas, quam cum araneis si quid vitiosi exsugas. Accesserunt coronidis vice Agathiæ epigrammata ἑρωτικὰ ab illustri viro Josepho Scaligero Latine versa, neque antehac (uno atque altero excepto) typis edita, quæ certe juventuti φιλέλληνι veluti canon quidam atque norma vertendi Latina de Græcis esse possunt,

Μορφής ὡς πλάστοις κινέσθω βλέφαρον.

Tu etiam his, bone lector, utero et fruere, ut et nonnullis ejusdem Agathiæ epigrammatibus quæ nobiliss. clarissimisque vir Janus Douza dominus a Noortwyck, musageta noster, vertit, quibus te fraudare nolui, ut nec nobiliss. doctissimumque virum Theodorum Canterum eo honore, quod de locis Agathiæ nonnullis, quorum lectionem in Suida variare compererat me per litteras monuerit, quos, præter eos quos ipse animadverteram, notis meis inserui. Sed et de loco non uno reverendum clarissimumque virum Franciscum Junium collegam meum consului, atque cum fructu. Libens enim eos qui symbolam aliquam ad hoc opus contulerunt laudo.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΜΥΡΙΝΑΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ Α.

(AT. EX. MYP. IST. A. Sic R. est a secundo inde loco accedit Intpr. (*Historiarum liber II* etc.): nam ad primum quidem librum titulum ipse sibi finxit Persona. pro ingenio suo ineptum. Lugd. inscribit 'Αγ. Σχ. χρονική διήγησις τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, τόμος α'. quo titulo deleto Bon. Vulc. ex ultimi libri in eodem codice subscriptione posuit: περί τῆς Ἰουστινιανῆς βασιλείας τόμος α' ubi Parisinæ editionis typotheæ pro τόμος; βιβλίον scribere placuit. Agathias neque tempus omne usque ad Justiniani mortem his libris persecutus est, neque Justiniani temporis finibus opus suum circumscribere sibi proposuerat.)

AGATHIÆ SCHOLASTICI

MYRINENSIS

HISTORIARUM LIBER PRIMUS.

1-2 ARGUMENTUM. — Gothi in Italia Nursi se dedim; mox tamen rebelles a Francis auxilia petunt (Cp. A). De Francis; laudes eorum (B). Reges Francorum quatuor, Chlodovei filii (C). Theudibertus, Francorum rex, cui succedit Theudibaldus puer (D). Legatio Gothorum ad Theudibaldum (E). Theudibaldus exercitum in Italiam mittit, ducibus Leuthari et Butilino. De Alamannis (F) Præva Alamannorum religio. Leutharis et Butilini superbia (G). Narses ad Comas ducit (H). Comæ oppugnatae (I) Narses Comarum muros suffodit (J) Gothos Tusciam habitantes in deditorem accipit (K). Luca circumscissa (L) Narses magnanimitus (M). Fulcaris et Herulorum clades (N). Fulcaris occumbit. Gothi in Emilia et Liguria a Romanis deficient (O). Narses militum animos confirmat (P). Stepha-

nus a Narsete *Fuverniam miseris præfactorum ignaviam reprehendit* (U). *Narses Lucam denno oppugnatum cepit* (H). *Exercitu in luberna dimisso, Ravennum profisciscitur* (S). *Aligernus Gotikus Cumas sponit Narseti dedit* (T). *Narses, Vurnis in militiam ascitis, prope Ariminum cum Francis conflixi* (U). *Fuga simulata, eos devincit* (V).

PRÆFATIO.

A

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. [Ed. Paris. p. 1.]

3-4 Præclara quædam et beata possessio censori potest victoriæ bellorum et tropæa, urbis conditæ atque instauratæ, omnes denique magnæ admirandæque res gestæ. Atque hæc quidem aliaque ejusmodi ut maxime gloriam aliquam voluptatemque suis possessoribus afferant, ægre tamen eos e vivis excedentes comitantur. Sed et oblivio interveniens offuscat atque subvertit veros rerum gestarumventus; et cum ii ipsi qui eos norunt, vivere desierunt, emoritur etiam atque evanescit una cum ipsis hominibus earum rerum notitia. Quo fit, ut nulla memoria fluxum quiddam parumque firmum sit, neque temporis diuturnitatem ferat. Neque vero putarim quosdam aut pericula pro patria adituros, aut alios labores suscepturos fuisse, cum scirent, quantumvis maximas res gessissent, perituram una cum ipsis atque emorituram omnem eorum gloriam, sola ipsorum vita circumscriptam; nisi quædam, uti apparet, divina providentia nature humanæ fluxibilitatem fulciens, historiæ bonum, quæque ex ea affulget, spem esset elargita. Nequæ enim, arbitror, oleastri aut apii causa Olympionicæ in arenam nudi descendebant, neque rursus 5 strenui bellatores spoliis tantum et præsentis lucri cupiditate accensi in aperta manifestaque pericula se conjiciebant; sed utriusque solidæ atque adeo immortalis gloriæ consequendæ studio inflammati; quam quidem aliter adipisci non potuissent, nisi historia eos ab interitu vindicante atque immortales efficiente; non ut Zamolxidis instituta et Getica deliramenta, sed vere et modo quodam divino atque immortalis, quoque solo mortalia hæc perpetuari possunt. Haudquamquam igitur facile fuerit oratione persequi atque enumerare omnia quibus historia humanam vitam expleat bona. Ut vero summam dicam, equidem civili philosophia eam non inferiorem censuerint; nisi etiam plus forte utilitatis conferat. Hæc enim voluit severa quædam minimeque blanda domina jubet ac præscribit quæ sequi, quam fugere oporteat, suasionibus suis vim quodammodo necessitatemque commissoens: hæc vero, oblectamentis plurimis utens, ac veluti condicens præcepta varietate exemplorum, et ob oculos ponens quibus in rebus homines prudentia justitiaque usi præclare rem gesserint, quibus etiam in rebus, vel animi contrario aliquo vel fortunæ ductu atque impulsu a recto aberrarint, leniter ac placide virtutes animis insinuat. Blanda enim et voluntatis nostræ arbitrio electionique exposita facilius animis humanis illabuntur atque adherescunt. Ego itaque hanc

Καλὸν μὲν τι ἔργον καὶ εὐδαιμον νῆαι πολλῶν καὶ τρόπαια, πόλειών τε ἀνοικισμοὶ καὶ ἀγαθὰ ἔργα. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα διέξαν μὲν τινα καὶ ἕβον ἢ τὸς κτησαμένους ἐπάγει, ἀποβοῦσι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκείσε οἰχομένοις οὔτε μάλα ἐθέλουσιν ἐπιθεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ λήθη παρεμπροσθεῖς ἐπικαλύπτει καὶ παρατρέπει [p. 2] τὰς ἀληθεῖς τῶν πράξεων ἀποδόσεις. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐπισταμένων ἀποβοῦστων, οἴχεται καὶ διαδιδράσκει ἡ γνῶσις σὺν αὐτοῖς σθενυμένη. Οὕτως ἄρα μνήμη γυμνῆ ἀνόητόν τι καὶ οὐ μόνον, οὐδὲ τῷ μακρῷ συνεκτείνεσθαι ἴσχυεν χροῖον. Καὶ οὐκ ἂν, οἶμαι, ἡ πατρίδος, κερκινδυναεῖν ἔνοιον ἐγνωσαν, ἢ ἄλλους ἀναδέχεσθαι πόρους, εὐ εἰδότες, ὡς, εἰ καὶ σφόδρα μέγιστα δράσαιεν, συναπολείται τὸ κλέος αὐτοῖς καὶ διαβρῆσεται, μόνῳ βίῳ αὐτῶν ἐκμετρημένον· εἰ μὴ τις, ὡς ἔοικε, θεῖα προμήθεια τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως; ἀναβρῶνυσσα ἔα ἐκ τῆς ἱστορίας ἐπισηγᾶγεν ἀγαθὰ καὶ τὰς ἐνθίνους ἐλπίδας. Οὐ γὰρ, οἶμαι, κοτίνου γε ἔνεκα καὶ σελίνου οἱ Ὀλυμπιονίχαι ἐν ταῖς κονίστρας ἐναπέδοντο, οὐδ' αὖ οἱ ἀγαθοὶ τῶν πολέμων ἀγωνίζονται λαφύρων γε μόνον καὶ τοῦ παραυτίκα κερδαλέου ἐπιέμενοι, ἐς προῦπτόν τε καὶ διαφανῆ κίνδυνον σφῆς αὐτοῦς ἀπίδιν· ἀλλὰ διέξαν ἀμφοτέροις ἐκατὶ βεβαίως, τε καὶ ἀκηράτου, ἦν οὐχ οἶδεν τε ἄλλως καρπώσεσθαι. ἢ τῆς ἱστορίας αὐτοῦς ἀπαθανατισσοῦσης· οὐχ οἷα τὰ Ζαμολξιδος νόμιμα καὶ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς τρόπων τινὶ θεῶν τε καὶ ἀθανάτων, καὶ ἔμῳ μόνῳ δύναται τὰ θνητὰ ἐς αἰὲν διαβιώσκειν. Ἐφθίον μὲν οὖν ἦμισα ἀν εἰη ἀπαντα διεξίεναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπίστων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπύπλησι τὸν ἀνθρώπιον· ὡς δὲ συλλήθεθον εἰπεῖν, οἶμαι γε αὐτὴν φιλοσοφίας τῆς πολιτικῆς οὐ μάλα μειονεκτεῖσθαι, εἰ μὴ τι καὶ μᾶλλον ὀνήνησιν. Ἡ μὲν γὰρ, οἷα τις ἀστεμψῆ; δέσποινα καὶ ἀθώπυτος, κελεύει καὶ διατάττει [p. 3], ὁποῖον τε ἔχουσι καὶ ὁποῖα διαφεύγει προσήκει; ὡσπερ τῷ πείθοντι καταμιγνύσα τὸ ἀναγκάζον· ἡ δὲ τῷ θελγοντι κλειστοῦ χρωμένη καὶ οἷον καρυκεύουσα τὰς ἀπεργεῖας τῆ ποικιλίᾳ τῶν παραδειγμάτων, καὶ περιστώσα τῷ λόγῳ, ἐν οἷς τε εὐδοκιμημασιν ἀνθρωποὶ εὐθουλίᾳ χρησάμενοι καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἐνθα δὴ ἡμαρτον τοῦ προσήκοντος, ἢ γνῶμης τινὸς ἐναντίας ἢ τύχης ἡγησαμένης, λανθάνει ταῖς ψυχαῖς ἡρέμα τὰς ἀρετὰς ἐσοικίζουσα. Τὸ γὰρ προσήκεις αὐταῖς καὶ εὐθαίρετον μᾶλλον τι ἐμπύεται καὶ προσιζάνει. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐκ κλειστοῦ σκοπῶν τε καὶ διαλογίζόμενος, ὑπεράγασθαι μὲν χρῆναι ἡγοῦμαι καὶ κοινῶς ἀνθρώποις εὐεργέτας τοῖς ἔσπουσι ἢ ἢ τὰ τοιαῦτα πραγματεῖαι διατεπόννηται. Οὐ μὴν ἐγγειρητέα ἔμοι

1 μέντοι R. 2 συνεκτείνεσθαι R., Interp. extendi συνεκτείναν vulg. πέφυκε vulg. 3 ἐρελκυσε: πόν h. l. et passim addidi ex R. 4 ἡ πατρίδος R., Interp. pro patria, vulg. ἢ καὶ πατρ. 5 ἀναβρῶνυσσα R. 6 παραπύωσα R., περιστάσα vulg. 7 ὁπίστων Par. al. add. R, om. vulg. 8 ἔχουσι γὰρ ἐμοί R.

τῶδε τῷ πόνῳ ἰδοῖαι, οὐδὲ ἢ τὴν ἀρχὴν ἀποκιρατέα. Ἐτύγχανον γὰρ μάλλον δὴ τι ἐκ παίδων τῷ ἠρώφ ρυθμῷ ἀνειμένος, καὶ με ἤρσεσκον ἢ τὰ ἠδύσματα τῶν τῆς ποιητικῆς κομψευμάτων¹⁰. Καὶ τοίνυν πεπολιῆται μοι ἐν ἑξαμέτροις βραχέα ἄττα ποιήματα, ἃ δὴ Δαφνιακά¹¹ ἑπωνόμαστα, μύθοις τοῖσι πεποικιλμένα ἑρωτικοῖς, καὶ τῶν τοιοῦτων ἀνάπλεα γοητευμάτων. Ἐδοξε δὲ μοι πρότερον κάκιστον ἀξιόκαινόν τι εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴγε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ὀρθρινῆ καὶ νεώτερα, διαλανθάνοντα ἔτι καὶ χύδην οὕτως¹² παρ' ἐνόις ὑποφθουρίζμενα, ἀγέλριμι τε ὡς οἶόν τε εἰς ταυτῶν¹³ καὶ ἀναγράφαιμι ἕκαστα ἐν κόσμῳ ἀποκεκριμένα. Καὶ οὖν δὴ καὶ τόδε¹⁴ μοι ἐτετέλεστα: ἑτέρα τε πολλὰ ἀγωνίσματα, τοῦ μὲν ἀναγκαίου χάριν οὐ μάλα πεποικιλμένα [P. 4]. Ἄλλως δὲ ἰσως προσαγωγὰ καὶ θελακτέρια. Καὶ γὰρ δῆτα ἡ ποίησις ἱερὸν τι χρέμα καὶ θεσπέσιον. Ἐνθουσιῶσι γοῦν ἐν αὐτῇ αἱ ψυχαι, εἴποι ἂν ὁ σοφὸς ὁ Ἀριστῶνος, καὶ λίαν ὠδίνουσι ἐπαφρόδιτα, ὅσαι δὴ ὡς ἀληθῶς μουσοληπτικὴ γίνονται, καὶ τῆδε κάτοχοι τῆ βακχεῖα. Ἔμοι μὲν οὖν τοῖςδε θαμίζειν¹⁵ ἰδοῖαι, καὶ οὐ μήποτε ἐκόντι εἶναι τὰ νεανικά ταῦτα καὶ ἐπιτερπῆ σπουδάσματα¹⁶ μεθίναι, ἀλλ' ἐπεσθαι τῷ Δελφικῷ ἑκείνῳ προγράμματι καὶ τὰ οἰκία γινώσκειν. Ἐπει¹⁷ δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ἐυνέδη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα συρραγῆναι, ἐθνῶν τε πολλῶν βαρβαρικῶν μεταναστᾶσις γενέσθαι, καὶ πράξεων¹⁸ ἀδήλων τε καὶ ἀπίστων παραλόγους ἀποδόσεις, καὶ τύχης ἀτάκτους ἀντιρόβλους, γενῶν τε καταλύσεις¹⁹, καὶ πόλειων ἀνδραποδισμούς καὶ μεταβολὰς οἰκητῶρων, καὶ οἷον ἕπαντα τὰ ἀνθρώπεια κενιῆσθαι· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιοῦδα ἐυνέθη, δεδιέναι μοι πως ἐπιήλυθε²⁰, μή τι ἄρα οὐχ ὄσιον εἴη, ἔργα οὕτω μέγιστά τε καὶ²¹ θαύματος ἄξια καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα χρήσιμα ἰσόμενα καὶ ὄνησιφόρα καταλείπειν ἄμνηστα τὸ μέρος καὶ σσειρημένα²². Τοιγάρτοι ἰδοῖε μοι οὐκ ἀπὸ τρόπου²³ εἶναι, καὶ τοῦ συγγράφειν ἀμωσγέτως ἀποπειρῆσθαι, ὡς ἂν μοι²⁴ μή ἄπας ὁ βίος; ἐν μυθολογίᾳ τε καὶ περιετῷ πόνῳ²⁵ ἀναλωθεῖη, ἀλλὰ τι φέροιο καὶ ἀναγκαῖον. Πολλοὶ δὲ με καὶ τῶν ἐπιτηδίων ἐπειγόντες καὶ ἐγκαλειόμενοι ἐξηρέθισον τὴν ὀρυκτὴν καὶ ἐπέρρωσαν [P. 5]. ἐν τοῖς Εὐτυχεῶν ὁ νέος ἀρχηγός τε²⁶ ἦν τῆς πειραίνσεως; ἀνὴρ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθῶς καὶ ἀγγινύστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως²⁷ ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριθῶν γένους Ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγενημένον²⁸. Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἀνὴρ (περὶ κλειστόου γὰρ τὰμὰ²⁹ ἐποικεῖτο, καὶ ὡς ἂν μοι εἰμηνίη τι ἔσται εὐκλείας τε³⁰ περὶ καὶ τῆς ἄλ-

A jam lulum considerans et cum amico S meo reputans, admiratione dignos censbam, et in publicum beneficos celebrandos, quotquot in hoc historiae scribendae instituto laborarunt. Mihi autem nequaquam suscipiendus hic labor, sed ne tentandus quidem initio est visus. Eram enim magis jam inde a pihero heroicis modulis addictus, et poeticeorum elegantiarum dulcedine magnopere delectabar; atque adeo brevia quaedam poemata hexametris versibus conscripsi, quae Daphniaca vocavi, fabulis quibusdam amatoriiis variegata et ejusmodi illecebris referta. Visum vero mihi fuit etiam hoc initio laudabile et non inclegans institutum, si nova quaedam recentiaque epigrammata, latitantia adhuc sparsimque a nonnullis lusa, in unum, quoad ejus fieri posset, recolligerem, singulaque in ordinem digesta conscriberem. Quod quidem etiam perfecit, ut et alia multa exercitamenta, non utilitatis ergo, sed oblectandi delineandique animi causa a me facta. Est enim omnino sacra quaedam et divina res poesis. Affantur enim in ea divino quodam furore animi, ut sapiens ille Plato dixit, valdeque venuste parturiant, quotquot musarum pleni atque hoc furore correpti sunt. Mihi quidem igitur statutum erat in his versari, neque unquam in animum inducere, ut juvenilia haec jucundaque studia desererem, sed Delphicum potius praescriptum sequi *Nosce te ipsum*. Cum vero aetate 7 hac, in quam incidi, ingentia bella per multas orbis terrarum partes praeter expectationem sint excitata, et innumerarum barbararum nationum transmigrations factae; duoborum etiam atque incredibilium factorum inopinanti eventus temerario fortunae impulsu acciderint; nationum quoque et urbium eversions, gentis subactae, coloniarumque deductae, et tantum non humanae res omnes loco suo motae: cum, inquam, haec aliaque ejusmodi acciderint, subit animum meum formido, parum honestum fore, si res usque adeo magnae atque admirandae, et posteris adeo utiles conducibilesque futurae nullis scriptis proditae silentio praetermitterentur. Quocirca non abs re mihi facturus sum visus, si eas aliqua ex parte litteris commendare tentarem, ne omnis vita mihi in fabularum studia et supervacaneo labore consumeretur, sed aliquid etiam utilitatis publico adferret. Multi vero familiarium urgentes atque exhortantes studium meum excitaverunt et confirmarunt. Inter quos hortatores facie princeps erat Eutychianus junior, et primarius regum scriba, vir alioqui et bonus et prudens, et non mediocriter

bant, tanquam omnia demolituri. Præusquam vero appropinquarent atque obtegerentur, Suarunas quidam nomine, vir Sclavus, hastam jacit in eum, qui minus tectus erat, et ferit letaliter; quo collapso, statim excussa est testudo, inversaque corruit; atque ita resupinato ejus sinu et capacitate, detecti sunt nudatique viri, quos Romani facile jaculis petentes interfecerunt. Unus autem ex iis fuga evaserat, et jam propius ad præsidium venerat, portulamque ingrediebatur; sed tum frequentibus sagittis ictus interiit, ibique corruens, in limine jacebat, exigua quidem aliqua corporis parte foris relicta, majore vero sui parte introrsum porrectus. Id vero conspicati Misimiani, et infaustum ac triste de futuris omen esse interpretati, et alioqui desperantes etiam laboribus, et redeundi in gratiam cum Romanis cupidi, præcipue quod neque ipsis auxilia a Persis prout convenerat venissent: hæc, inquam, secum reputantes suasque vires perpendentes, quod Romanis impares essent, neque diutius bellum sustinere possent, tum demum ægre ad saniores mentem redeuntes, confestim oratores ad Joannem miserunt precatum, ne se ad internecionem perderet, neque **250** funditus exstirparet gentem, jam ab antiquo Romanis subditam, et in religione cum ipsis convenientem, quæque quamplurimis injuriis provocata, tandem ad rependendas illas accesserit, atque hoc quidem barbara quadam amentia; commiseratione tamen veniaque se non prorsus indignos dicebant, qui adeo jam atrocia mala essent perpessi adeoque graves pœnas luissent; utpote circumjectis præsidio habitationibus incendio absumptis, et virorum ætate florentium non minus quinque millibus interfectis, feminis vero multo pluribus et pueris adhuc pluribus: adeo ut parum absit, quin universa Misimianorum gens sit deleta. Joannes vero libentissime supplices preces admisit, partim ne diutius in loco deserto et præalgido cum exercitu periclitaretur, partim quod revera jam satis pœnarum, qui deliquerant, dedissent. Acceptis itaque obsidibus omnique pecunia, quam Solerichus secum attulerat, aliisque rebus, et præterea imperatorio auro (erant vero nummi integri ac prohi ad duas myriades, octies mille et octingenti), his, inquam, omnibus acceptis, multaque præda adjuncta, permisit, ut intrepide rursus sua colerent, et pristinum vivendi genus instaurarent. Ipse vero in Colchicam regionem est reversus, inclytum gloriosumque exercitum reducens, solis triginta viris desideratis.

αἴτηκεν, κλειῶν ἅμα καὶ ἀγέρωχον, καὶ μόνοις τριάκοντα ἀνδράσιν ἐζημιωμένον ἀποκομίσας τὸ στρατεύμα.

A ἐπ' ἐκείνα ⁶⁶ δὴ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐρχη ἐχώρου ὡς ἴπαντα καταβαλοῦντες. Πρὶν δὲ δὴ πελάζειν αὐτοὺς καὶ ὑποκρύπτεσθαι, Σουαρούνας; ⁶⁷ τις θνομα, Σκλάδος ἀνὴρ, ἀφίησι δόρυ τῷ μᾶλλον προφανομένῳ, καὶ πλήττει καιρίαν. Πεσόντος δὲ ἐκείνου αὐτίκα ἐξετινάχθη ὁ σπαλίον, καὶ ἤρρηπτο ἀνατετραμμένως, καὶ πῶς ἐς τάναντιζ τοῦ κύτους περιηγμένου, ἀνεκαλύπτοντο οἱ ἄνδρες καὶ ἀπεγυμνοῦντο. Καὶ τοὺς μὲν ⁷¹ ἄλλους βράδιως οἱ Ῥωμαῖοι κατακοντίζοντες ἐκτειναν, εἰς δὲ γε ἀποδράς; ⁷² ἔφυγε· καὶ ἦδη ἀγχοῦ ἐγεγόνει, καὶ δὴ ἐπέβαινε τῆς πυλίδος. Ἄλλὰ τότε ἀθρόον τοξευθεὶς διαφθείρεται. Καὶ αὐτοῦ καταπεσῶν, ὑπὲρ τὸν οὐδὸν ἔκειτο, ὄλιγον μὲν τι τοῦ σώματος μεθεὶς, τῷ δὲ πλεῖον μέρει πρὸς τὰ ἔνδον παρατεταμένως. Τοῦτο δὲ ἰδόντες οἱ Μισιμιανοὶ, καὶ **B** σημείον τι, οἶμαι, τῶν ἐσομένων περὶ φευκτόν τε καὶ ἀπαισίον ἠγγασάμενοι, ἄλλως τε καὶ ἀπειρηχότες τοῖς πόνοις, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας; ⁷³ ἀπαλλαξέοντες, μάλιστα ὅτι αὐτοῖς οὐδὲ ἡ ἀπὸ τῶν Περσῶν κατὰ τὸ ξυγκείμενον ἀφίχτο ἐπικουρία· ταῦτα δὴ οὐν ἀναλογισάμενοι ⁷⁴, καὶ τὴν οὐκ εὐκταίαν ἀναμετρήσαντες δύναμιν, καὶ ὅτι οὐκ ἀξιόμαχοι ἔσονται οὐδὲ πραιτιτέρω τὸν πόλεμον ὑπομανοῦσι μόλις ἐν τῷ τότε γοῦν ἀναμνησθέντες, εὐθὺς ἐπρεσβεύοντο ⁷⁵ πρὸς Ἰωάννην, καὶ ἰκέτευον, μὴ σφας πανωλεθρία διαφθεῖραι, μηδὲ ἀνάρπαστον ἄρδην ποιήσασθαι γένοις ἐκ παλαιῶν κατήκον καὶ ὁμόδοξον τὰ ἐς τὸ θεῖον καὶ πλείστα ὄσα προδικημένον, οὕτω τε ἐληλυθὸς ἐς τὴν ἀντιδράσιν, βαρβάρῳ καὶ τοῦτο ἀνοία· οὐ μὴν ⁷⁶ παντάπασί γε φειδοῦς καὶ συγκνώμης ἀνάξιοι ἐπασχον εἶναι, τὸσαῦτα ἦδη δεῖναι πεπονθότες, καὶ μεγίστας ποινὰς ἀναπλήσαντες; καταφλεχθείσης μὲν αὐτοῖς τῆς τοῦ φρουρίου περιοικίδος; ⁷⁷, ἀνδρῶν δὲ ἡβδώντων οὐ μείον ἢ πεντακισχιλίων ἀπολωλότων, γυναικῶν δὲ πολλῶν κλειῶνων, καὶ παιδῶν ἐτι κλειῶνων, ὡς ὀλίγου γε ⁷⁸ δεῖν ἅπαν διαρρῦθαι τὸ φῦλον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀσμενέστατα προσήκατο τὴν ἰκετείαν, τοῦ τε μὴ ἐπὶ πλείστον ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ καὶ δυσχεμερῶ ἅμα τῇ στρατιᾷ διακινδυνεύειν, καὶ ὅτι ἀποχωρῶντως ὡς ἀληθῶς οἱ ἡμαρτηχότες ἐτετιμώρητο. Τοιγάρτοι ἐμῆρους λαβῶν, καὶ τὰ χρήματα ὅποσα ὁ Σωτήριχος ἐπέφεροτο, τὰ τε ἄλλα καὶ πρὸς γε τὸ ἐκ βασιλείας χρυσίον· ἦν δὲ ἐν νομισμασιν ἐντελεῖσι τε ⁷⁹ καὶ ἀκιδόηλοις **D** δισημυρίοις τε καὶ ὀκτακισχιλίοις πρὸς ἑτέροις ὀκτακοσίοις· ταῦτα [P. 150] δὴ οὐν ἀπειληφῶς καὶ λείαν πολλὴν περιβαλόμενος; ⁸⁰, ἐφίηκε μὲν αὐτοῖς ἀδελῶς αὐθις τὰ σφέτερα νέμεσθαι, καὶ τὸν πρότερον ἀνανώσασθαι βίον. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Κολχίδα γῆν ἐπ-

VARIE LECTIONES

⁶⁶ ἐπ' ἐκείνα R (Cl.), ἐπέκεινα vulg. ⁷⁰ Surranus intrpr. ⁷¹ μὲν ins. ex R. ⁷² ἀποδράς R, ἀποδράτας vulg. Pro καὶ ἦδη R καὶ δὴ. ⁷³ δυναστίας R. ⁷⁴ ἀναλογισάμενοι R, λογισάμενοι vulg. ⁷⁵ ἐπρεσβεύοντο αἰθις R, intrpr. particulam omittit. ⁷⁶ μὴ R. ⁷⁷ τῆς τοῦ φρ. περ. R, τῆς π. τ. φο. vulg. ⁷⁸ γε οπι. ... ⁷⁹ τε add. ex R ⁸⁰ περιβαλόμενος R.

καὶ. Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, καθ-
 ελὼν παντάπασι τῆς ἀρχῆς τὸν Μαρτίνον, ὁ δὲ Ἰου-
 στίνον τὸν Γερμανοῦ καθίστησιν ἀντὶ αὐτοῦ στρατη-
 γὸν αὐτοκράτορα τῶν τε κατὰ τὴν Κολχίδα χώραν
 καὶ τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ ταγμάτων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ
 καὶ πρότερον ὁ μάλιστ' ἐπὶ θυμοῦ πρωτεύειν ἐκεί-
 νων ἀπάντων καὶ ἐξηγεῖσθαι, ὡς δὴ τῆς κατὰ Γουδά-
 ζου ἐπιβουλῆς οὐκ ἐλάχιστον μέρος γεγενημένον.
 Κατεῖχε δὲ τῶς τὴν γυνάμην καὶ ὑπελάνθανε, μὴ
 χρῆναι οἰόμενος ἀνακινήσασθαι τὸ ἄρχον καὶ μετα-
 σκευάσασθαι ταραστειμένων ἐπι τῶν τῆδε πραγμά-
 των, καὶ μάλιστα τῆς στρατιᾶς ἡδομένων τῷ Μαρ-
 τίνῳ, διὰ τε τὴν τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐμπειρίαν
 καὶ τὸ ἕκαστα ἐν δέοντι διατάττειν. Οὐ δὲ ἔνεκα,
 οἶμαι, καὶ διεσώσωτο, ἐπεὶ ἂν καὶ αὐτὸς Ἰωάννην τε
 καὶ Ῥουστίνῳ ξυνετεθῆκε. ὡς δὲ ὡς περ αἰδοῖ
 τῶν τροπαίων καὶ τῆς εὐβουλίας, ἣ δὴ παρὰ τοὺς
 κινδύνους ἐχρῆτο, ὑφελὼν ἡρέμα καὶ ὑποχαλάσας τοῦ
 νόμου τὸ λίαν ἀκριβὲς καὶ ἀτιθάσεντον, ἐφῆκε μὲν
 τὸ ἐπίκλημα, ἀρχεῖν δὲ οὐ ξυνεχόρως, ἀλλὰ ἰδιωτεύειν
 ἐκέλευε, ἀρχεῖν ἡγούμενος· ἀτιμῆ γε αὐτὸν τιμη-
 ρήσασθαι, εἰ καὶ τοσούτου μίσματος μετεἰλήχει.
 Ἐπειδὴ οὖν οἱ τε Πέρσαι ἡρέμουν, καὶ ἐκχειρίσθαι
 ἐφῆκε τὸ χρῆμα, τότε δὴ τὸν μὲν ἀπέκωσεν, Ἰουστι-
 νον δὲ προσήκοντά τε οἱ ὡς ἐγγύτατα κατὰ γένος,
 καὶ ἄλλως ὀνομαστότατον ἐν τῷ τότε εἶναι δοκῶντα,
 μετάκλητον ἐν Βυζαντίῳ ποιησάμενος, ἔπασσεν τε αὐτῷ
 παραδίδωσι τὴν ἀρχήν, καὶ αὐθις ἐς Κόλχους ἐκπέμπε
 τοὺς ἐφεξῆς ἀρμολογούμενον. Ἦν δὲ τις ἐν τῷ ἀμφ' αὐ-
 τὸν ὀμῶν Ἰωάννης ὄνομα, Αἰθῶς ἀνὴρ, ἀφανῆς μὲν
 τὰ πρῶτα καὶ πενιχρότατος, ὡς καὶ τοῦ ἀποκρῆν ἔνεκα
 μισοθαρνεῖν ἑτέρῳ τῷ καὶ ξυνεπίσθαι τῶν δορυφόρων
 καὶ τὰς τῶν θεραπεύωντων στέγειν ὀδύνας, οὐ πολλῶν δὲ
 ὑστερον ἐπὶ μέγα πλοῦτου τε καὶ ἀλαζονείας ἡρέμε-
 νος. Πλεῖστα γὰρ ὄσα μηχανησάμενος, καὶ διὰ ποικί-
 λης χωρήσας ἐνοίας, γυμνίζεσθαι οὐκ ἐς μακρὰν τῷ
 Ἰουστίνῳ, κάκιστος· δὲ ὡν καὶ πανουργότατος, καὶ οἷος
 οὐδὲν ὀτιοῦν τῶν ἀδικῶν τε καὶ ἀνοσιῶν ἐγγειρημάτων
 κέρβους ἔκατι ἀπαναίεσθαι, βητόν τι μέτρον χρυ-
 σοῦ αἰτεῖ τὸν στρατηγόν, ὀμολογῶν, εἰ κομίσειτο,
 αὐτῷ τε τῷ παρασχόντι ἐς ὅσον ἂν ἔλοιτο χρόνον
 τὰ ἐπιτήδεια θροσφόρος· ἐκποριεῖσθαι, καὶ πρὸς γε
 ὀπόσον παρῆν πηρικῶν τε καὶ θούλων, καὶ ὄσα ἔλλοι
 [P. 151] ὀπαδοὶ τε καὶ ὑπηρέται καὶ δορυφόροι, ἀλλὰ
 καὶ τοῦδε ἀπαντα· τῆς προσηκούσης· τροφῆς ἐπι-
 πλάνας. Ταῦτα δὲ πράττων ἐπηγγέλλετο οὐ μόνον
 ἀποσώσασθαι τὸν χρυσίον ἀπαν καὶ ἀντικαθεῖναι ὀ
 ὀπόσον ἂν λάβοι, ἐντελεῖς καὶ ἀλάδῃσεν, ὡς περ ἐκε-
 θεμισμένον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτερον προσπειθεῖναι.
 Καὶ ἐδόκει μὲν τοῖς πολλοῖς κόμπος εἶναι καὶ οἷον
 αἰνίγμα τὸ εἰρημένον· ὁ δὲ Ἰουστίνος, καίτοι δέον
 αὐτὸν νεμεσησθαι τῆ τοῦ Αἰθῶς ἀβελτηρίᾳ, ἐπιστά-
 μενον ὡς οὐκ ἂν τὴν ὑπόσχεσιν διανύσειεν μὴ δίκαια

21. Post hæc imperator Justinianus Martium
 prefectura in universum submovit, inque ejus locum
 Justinum Germani filium suffecit, 251 qui omni-
 bus per Colchicam regionem et Armeniam legioni-
 bus cum plena absolutaque potestate præesset. Ne-
 que enim ipsi etiam antea valde gratum erat, Marti-
 num primas obtinere omnibusque imperare, quippe
 qui fraudis in Gubazem structæ non minima pars
 fuerat; mentem tamen suam tegebat, consiliumque
 occultabat ad tempus, nequaquam concitandum aut
 immutandum principatum esse ratus, rebus adhuc
 eo loci perturbatis, præcipue cum graciosus apud
 exercitum esset Martinus, cum ob rei bellicæ peri-
 tiam, tum quod opportune singula ordinaret. Quæ
 quidem res saluti ei, ut arbitror, fuit: nam alio-
 quin etiam ipsi cum Joanne et Rustico moriendum
 fuisset. Nunc vero reverentia quadam victoriarum
 et prudentiæ, qua in quovis discrimine aduendo
 utebatur, de summo jure nonnihil detrahens, legis-
 que rigiditatem austeritatemque temperans atque
 edulcans, crimen quidem ei remisit, imperare au-
 tem non permisit, sed privatam vitam agere jussit,
 sufficere ratus, si ipsum ignominia afficeret, etiam-
 si tanti sceleris particeps fuisset. Cum itaque Persæ
 quiescerent, statusque rerum induciis esset similis,
 hunc quidem submovit, Justino vero, aretissima
 propinquitate generis sibi conjuncto, et alioquin
 maximi per id tempus nominis, Byzantium ad se
 evocato, universum imperium detulit, rursusque
 ad Colchos misit, omnia deinceps moderaturam.

252. Erat autem quidam in turba ipsum sequente,
 Joannes nomine, Afer, vir obscurus quidem initio
 et pauperrimus, adeo ut victus quaerendi causa al-
 teri cuiquam mercenarium suam operam locaret,
 et satellites sectaretur, et ministrorum labores sub-
 iret, non multo autem post ad summas opes et
 fastum elatus. Quamplurimas enim technas com-
 mentaque cum exeogitasset, innotescit brevi post
 tempore Justino, nequissimus alioquin existens et
 versutissimus, quique nullum plane iniquum impro-
 bumque factum quaestus causa recusaret. Is certam
 quædam auri summam a præfecto petit, spondens,
 si eam auferret, et ipsi, qui eam daret, in quantum
 vellet, tempus comæatum commode suppeditaturum,
 et præterea quidquid ipsi aderat famulorum
 et servorum, quotquot etiam erant domestici et
 ministri ac satellites, omnes hos necessario victu
 repleturum. Atque hæc quidem faciens promittebat
 se non solum aurum universum redditurum, et re-
 positurum, quantum accepisset, integrum neque
 imminutum, ut mutuo datum, sed et aliud usuræ
 nomine superadditurum. Et videbatur quidem multis
 inanis quædam jactantia et ænigmati affline dictum:

VARIÆ LECTIONES.

ἡ δὲ om. R. ἡ καὶ μάλιστα R, μάλ. καὶ vulg. τῆς στρατιᾶς Ret Lugd., τῶν τῆς στρ. ead. ex conj. Vulg.
 ἡ συνετ. vulg. ἡ τὸ ὄνομα R pro τοῦ νόμου. ἀτιθάσεντον vulg. ἡ τε add. ex R. ἡ ἦν δὲ; τις. Hæc om-
 nia usque ad ἐπιχειρητέα p. 255. ed. Bonn. v. 23. om. intrp. ἡ ἀνθρῶν R. ἡ ἑτέρῳ τε R. ἡ μέρος R.
 ἡ ἔλλον R. ἡ ἀποσώσασθαι R et Lugd. I III, ἀποδώσειν vulg. ex corr. Lugd. ἡ ἀντικαθεῖναι conj. Cl. λάθη R.

Justinus vero, cum oportuisset eum offendi Afri illius ineptiis, scientem, quod promissa præstare **253** non posset, nisi injusta et violenta opera exercens, et illegitimis quibusdam negotiationibus omnes, quibuscum ei res esset, perderet, rationes illius admisit, auroque ei numerato permittit, ut de quibus inter ipsos convenerat faceret, quod vellet.

22. Tunc itaque Joannes pagos Romanorum, quotquot in itinere siti erant, accedens, convocatis incolis, ubi quidem boum copia non erat, ipse exercitum iis egere pro concione dicebat. Viginti igitur talenta proferens: *Pro hac, inquebat, summa oportet vos boves tradere, minus non licet; sed pretium prius accipite, ut mihi quam citissime omnes boves sistatis.* Illis vero precantibus, ut remitteret, et jurantibus, boves, quos haberent, arandis ipsorum agris non sufficere, severe admodum renuebat scelestus, et graves minas addebat, si non liceret præfecto exercitus necessarium commeatum coemere; adeoque indignabundus rem exaggerabat, donec illi pretiosissimis suis rebus dividendis, aurique summa quantum fieri poterat maxima constata, mandatum a nefario illo redimebant. Inde vero rursum profectus, cum alio venisset, ubi camelorum aut mulorum nomen ne auditum quidem erat, ipse eorum causa se venire clamabat, **254** iisdemque rursum verbis utens, aurum ostendebat, rursusque accepto auro discedebat. In hunc ergo modum cum omnes vicos et pagos obiret, querens atque exigens, quæ non habebant, et neque venderet quidquam uspiam, neque emeret, neque alioqui contractum ullum iniret, pecunias exigebat et corradebat ab iis, ad quos nulla plane redibat utilitas, celerrimeque jam sors ipsa sive caput accessione nova conduplicabatur. Postquam vero ad Colchos pervenit, eadem fecit, et præterea conquisitis nescio qua ratione navibus onerariis, fructus patrios illius regionis violentissime collegit, multaque vilissimo pretio cocmens, in exteris terras exportabat ac divendebat. Penuria itaque rerum necessariarum exercitus premebatur, adeo ut etiam herbæ essent venales. At scelestus ille venaliciarius et dardanarius ingentem quæstum faciebat. Ex his itaque opibus pacta Justino persolvebat, et commeatum suppeditans, et priorem auri summam cum fœnore reddens. Justinus vero, tametsi quid ageretur non ignoraret, frequenterque ad ipsum euntibus hominibus, quos iste erat deprædatus, et ad pedes ipsius cum lamentatione provolutis, utque extortionum remissio fieret obsecrantibus, parvi tamen lamenta lacrymasque faciens, citra metum inique partis vescebatur gaudebatque et inemptis epulis fruens, et

κβ'. Τότε δὴ οὖν ὁ Ἰωάννης ταῖς Ῥωμαϊκαῖς κώμας ἐπιφοιτῶν, ὅποσιν ἀνὰ τὴν πορείαν ἐτύγχανον ἰδρυμένοι, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀγέλρων, οὐ μὲν βέδες ἀφθονοὶ οὐκ ἦσαν, ὁ δὲ τούτων ᾄδεισθαι τὸ στρατόπεδον ἐδημηγόρει. Καὶ τοῖσιν εἰκοσι τάλαντα προφέρων· «Τοσοῦτων ὑμᾶς¹,» ἔφασκεν, ἀνάγκη χρημάτων ἀποδόσθαι, καὶ μείον οὐκ ἔνεστιν· ἀλλὰ τὸ τίμημα δέχεσθε² πρότερον, καὶ ὅπως μοι τὴν ταχίστην ἅπαντας τοὺς βόας ἀποκομιεῖτε. » Τῶν δὲ ἰκετεῦντων ἀνείναι καὶ ἐπορνωμένων, ἧ μὴν μηδὲ ὅσον ἀρῶν τὰ λήϊα ἀποχρύντως κεκτηθῆσαι, ἀνένευε μάλᾳ³ σεμνῶς ὁ κατάρτος, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο εἰ μηδὲ πρίασθαι τῷ στρατηγῷ ἐξείη τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ ἐς⁴ τοσοῦτον ἐνέκειτο χαλεπαίνων, ἕως ἐκεῖνοι τὰ τιμιώτατα τῶν κτημάτων ἀπεμπολήσαντες, καὶ χρυσίον, ὅσον οἶόν τε ἦν αὐτοῖς⁵, συναρνασάμενοι⁶, παρέσχον τῷ κακοδαίμονι λύτρα τοῦ ἐπιτάγματος. Πάλιν δὲ ἐνθόδῃ ἰῶν καὶ ἐτέρωθι⁷ παραγενόμενος, ἐνθα καμῆλων τυχὸν ἢ ὀρέων οὐδὲ ὄνομα ἠκούετο, ὁ δὲ τούτων ἔνεκα ἤκειν ἐβόα, καὶ τοῖς ὁμοίοις χρωμένους πάλιν ἐπεδείκνυε χρυσίον, καὶ πάλιν λαδῶν ἀπεχώρει. Οὕτω δὴ οὖν ἀπανταχοῦ⁸ περινοστῶν καὶ ἀναζητῶν τὰ μὴ παρόντα, καὶ μηδὲν μῆτε ἀπεμπολήσας πώποτε, μῆτε πριάμενος, μῆτε ἄλλως πως ξυμβαλῶν, ἠργυρολόγει καὶ εἰσέπραττε τοὺς μηδὲν⁹ ἔτι οὖν ἐπωφληχότας, τάχιστα τε ἤδη τὸ ἀρχαῖον ἐδιπλασιάζετο τοῖς προσγινομένοις. Ἐπειδὴ δὲ ἐς Κόλχους ἀφίκετο¹⁰, ταῦτά τε ἔπρασσε, καὶ πρὸς γε ναῦς¹¹ φορτίδας οὐκ οἶδα ὅπως ἐπικτησάμενος, καὶ τοὺς καρπούς τοὺς ἐπιχωρίους βιαιότατα¹² ξυναθροίζων, καὶ πολλὰ ἐλαχίστου ὀνούμενος, ἐς τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξεφόρει καὶ διεπίπρασκε. Σπάνις μὲν οὖν τῶν ἀναγκαίων εἰκότως ἐπεγύμασιν τοῖς στρατεύμασιν, ὡς καὶ πῶας εἶναι ὀνόμαζεν. Ὁ δὲ μιαιφῶς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ παλιγκάπηλος μέγιστα κέρδη προσποιοῖτο¹³. Ἐκ τούτων δὴ οὖν τῶν [P. 132] πύρων τὰ ξυγκείμενα πρὸς Ἰουστίνον ἐπετέλει, τὰς τε τροφὰς παρεχόμενος καὶ τῷ προτέρῳ χρυσίῳ προσεπιβάλλων. Ὁ δὲ, καίτοι γινώσκων τὰ ποιούμενα, πολλὰκις τε τῶν λεηλατουμένων ὡς αὐτὸν ἰόντων καὶ σὺν ὀλοφυρμῷ προκαλινδουμένων, λώφησιν τε γενέσθαι σφίσι¹⁴ τῶν κακῶν ἀντιθολούωντων, ὅμως τῶν ἰδρυμῶν καὶ δακρύων ὀλίγα φροντίσας, ἥσθιεν ἀδεῶς ἐκ τῶν ἀδικημάτων, καὶ ἤθετο μὲν ἀπριάτην εὐωχοῦμενος, καὶ πρὸς γε μεστὸν κατὰ τὸ πλέον καὶ ἐμβριθέστερον

VARIÆ LECTIONES.

¹ Pro ὑμᾶς R. ἡμῶν. ² δέχεσθαι R. ³ μάλᾳ R., μάλιστα vulg. μηδὲ R, μὴ vulg. ⁴ ἐς R pro ἐν. ⁵ αὐτοῖς; om. R. ⁶ συναρνασάμενοι R, ἐρνασάμενοι vulg. ⁷ ἐτέρωθεν R. παραγενόμενος R, παραγινομένος vulg. ⁸ ἀπανταχοῦ R. ⁹ τοὺς μηδὲν R, τοὺς οὐ μηδὲν vulg. ¹⁰ ἀφίκετο R. ταῦτά τε R, ταῦτά τε λαγῆ. et ed. gr., τ' αὐτὰ γ' Sph. Par. ¹¹ γενναῖς R pro γε ναῦς. ¹² βεβαιότατα R. ¹³ καὶ ante ἐκ ius. R. ¹⁴ σφίσι add. ex. R.

ποιῶν τὸ φασκώλιον'. Ἡμελλε δὲ ἄρα χρόνῳ ὕστε-
ρον ποινὰς μεγάλας ἤλικας ἀποτινύουσι. Εἰ γὰρ καὶ
μυρίουσιν μετὰ ταῦτα διήνυσσε πόνους, καὶ μέγιστον
ἤρατο κλέος ἀμφὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, τὰς τῶν
βαρβάρων ἐπιδρομὰς ἀνακόπτων, ἀλλ' οὐδὲν ἐνθόθεν
ἢ τοῦ Κρείττονος ἐθωπεύετο δίκη, οὐδὲ τούτοις ἐκείνα
ἐπεκαλύπτετο. Ἔμενε δὲ, οἶμαι, ἡρεμούντα καὶ ἐφυ-
λάττετο μόνιμα καὶ ἀνάγραπτα μέχρι τοῦ καιροῦ τοῦ
καθήκοντος. Οὐ γὰρ ἔμα τῷ πλημμυλεῖν καὶ τὰς τι-
μωρίας ἀναμετρεῖσθαι πεφύκαμεν, μετὰ χρόνον δὲ
ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἰσως ἤλικα τῶν εἰρησασμένων ἐπι-
λελήθημεθα. Καὶ ἀνιώμεθα μὲν τὸ παρατυχεῖν τοῖς καθ'
ἡμῶν γιγνομένοις, ὡς παραλόγιος καὶ οὐκ ἐν δίκῃ
συμβεθῆκόσι, καὶ κατατιώμεθα φθόνους ἀνθρω-
πίους τυχόν καὶ δυσμενεῖας, ὡς ἐκ τούτων οὐ
προσῆκοντα πεπονθότες· τὸ δὲ ξυνέχον ἡμᾶς καὶ
διατάττον ἐπίσταται τὸ πρόβρον ἐκάστῳ καὶ ὑφειλό-
μενον, καὶ τρόπον ὅτῳ^α καὶ βούλεται μέτεισι καὶ
ἀνιχνεύει τὰ πολλῶν ἐμπροσθεν ἡμαρτημένα. Ἄλλ'
ὅποια μὲν ἅτα ἐπὶ Ἰουστίνῳ ὕστερον ξυνγένηθη καὶ
ὅπως αὐτῷ ἢ τοῦ βίου καὶ τῆς τοσαύτης εὐδαιμονίας
κατάλλουσι ἀδόκητος ἐπεγένετο, εἰρήσεται μοι ἐς τὸ
ἀκριβὲς ἕκαστα, ἤντικα ὁ λόγος ἐδῶ λῶν ἀκολούθως
καὶ διὰ τῶν αἰεὶ ἰχομένων φερόμενος, ἐς ἐκεῖνο τοῦ
χρόνου περιεγενεθῆ. Νῦν δὲ ἀνὰ τὰ πρότερά μοι
ἐπανιτόν, καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιχειρητέα.

γ'. Ὅδε γὰρ τῶν⁹ ἐν Λαζικῇ πραγμάτων ἐχόν-
των, καὶ Ἰουστίνου ἐπὶ πᾶσι στρατηγῶν καταστάτος, C
οὔτε οἱ Πέρσαι ὡς ἀναμαχοῦμενοι παρσκευάζοντο¹⁰
καὶ μέντοι οὐδὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπήεσαν· ἀλλὰ προφυ-
λακὰς μὲν ἀμφοτέρω ἐποιούοντο, καὶ τὰ ἀλλήλων
βουλευόμενα ἐς ὅσον ἐνῆν ἀπεσκόπουσαν καὶ διεπυθάν-
οντο· μάχης δὲ οὐδὲ ὀπίσθιοι ἤρχοντο, ἀλλ' ἔμενον
ἡσυχῇ· αὐτομάτως, ὡς περ ἀμέλει τοῦτο ξυνοδοῦν,
διωρισμένον. Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπειδὴ
ἐπέπυστο τὰ πρὸς τῷ Φάσιδι ξυμβεθῆκότα, καὶ ὅτι
φυγὰς ἐκ τῆς μάχης ὁ Ναχοραγὰν ἐγεγόνει, αὐτίκα
ἐξ Ἰβηρίας αὐτὸν μετακαλεσάμενος, ὠμώτατα με-
τῆλθε κατὰ τὸν πάτριον νόμον. Οὐ γὰρ ἀποχρῶσαν
ζῆτο εἶναι ποινήν τῆς ἀνανδρίας τὸ οὕτω γούν αὐτὸν
ἀπλῶς ἀποκτείνειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐχένος τὸ δέρμα
διαχαράξας ἀπέδειρεν [P. 153] ἅπαν μέχρι τοῖν πο-
δοῖν, καὶ ἀφείλετο τῶν σαρκῶν πρὸς τὰ ἐνδον D
ἀνεστραμμένον¹¹, ὡς καὶ τοὺς τύπους τῶν μορίων
ἐς τοῦμπάλιν ἀποφαίνεσθαι¹², καὶ δίκην ἀσκού
ἡρέμα ἐμπνευσθῆν ὑπὲρ¹³ σκόλοπός τινας ἀνηρτή-
σθαι, οἰκτρὸν τὴ θέαμα καὶ μιαιώτατον, καὶ πρῶτω,
οἶμαι, Σαπώρη¹⁴ ἐκεῖνῳ τῷ πολλῶν ἐμπροσθεν
Χοσρόου Περσῶν βασιλευκότι τετολημμένον. Τὰ
μὲν γὰρ ἐπὶ Μαρσύᾳ¹⁵ θρυλούμενα τῷ Φρυγί, ὡς
ἔρις αὐτῷ πρὸς Ἀπόλλωνα ξυνέστη ὑπὲρ τῶν αὐλῶν

A præterea pleniorē gravioremque 255 crumenam
reddens. Successu vero temporis graves pœnas erat
persoluturus. Tametsi enim infinitos posthæc labo-
res exantlavit, maximamque gloriam est consecutus
circa Istrum fluvium, Barbarorum insultus retun-
dens: sed nihil inde divina vindicta est emollita,
neque his illa obiecta fuerunt; manserunt vero,
arbitror, quicta, et memoriæ firmiter infixa, in op-
portunum tempus sunt custodita. Neque enim simul
atque delinquimus, pœna statim irrogari solet, se-
t plerumque post aliquod tempus, cumque fortassis
eorum, quæ perpetravimus, sumus oblit: et dole-
mus quidem illico ob mala, quæ nobis accidit,
perinde ac si immerentes injusteque iis premamur,
atque incusamus quidem hominum invidiam fortas-
sis et inimicitiam, tanquam ab iis indignis malis
affecti. Deus vero, in cujus manu atque imperio su-
mus, scit quid cuique conveniat et debeat, et quo
ipsi visum est modo, persequitur atque investigat
peccata, quæ multo antea tempore sunt commissa.
Cæterum qualia Justino postmodum acciderint, et
qualem ipsius et vita tantaque felicitas inopinatum
exitum habuerit, dicentur a me accurate singula,
quando sermo suo consequenter ordine procedens,
et continuatam incidentium rerum seriem perse-
quens, ad illa tempora fuerit perductus. Nunc
vero ad priora mihi est redeundum, reliquaque
sunt prosequenda.

256 25. Cum enim res in Lazica regione ita se
habent, et Justinus jam omnibus in præfectum
esset constitutus, neque Persæ tanquam bellum
instauraturi sese appararent, neque Romani in eos
moverent, sed utrinque diligenter excubarent, mu-
tuaque consilia, quantum fieri poterat, observarent
atque explorarent; nulli horum bellandi initium
faciebant, sed quieti manebant, perinde ac si com-
muni sententia ita decretum esset. Chosroes vero,
Persarum rex, simul atque cognovit quæ apud
Phasidem accidissent, quodque Nachoragan fugiens
prælio excessisset, confestim cum ex Iberia revoca-
tum crudelissimo supplicio juxta patriam legem af-
fecit. Neque enim satis esse putabat, si illius igna-
viam simplici mortis genere puniret, sed a summa
cervice cutem ei ad imos pedes detrahens, a carni-
bus avulsit, introrsum inversam, ita ut etiam formæ
membrorum inversæ conspicerentur, atque ita in-
star utris sensim inflatam, e scopulo quodam sus-
pendi jussit; miserabile quoddam et fœdum specta-
culum, cujus primus, uti arbitror, Sapores ille,
quæ multo ante Chosroem tempore apud Persas re-
gnavit, infamis auctor fuit. Quæ enim de Marsya
Phryge sunt litteris prodita, quod contentio ei inter-
cesserit cum 257 Apolline de tibiis et tibicinandi

VARIE LECTIONES.

⁷ φασκώλιον R. ⁸ ὅτε R. ⁹ τῶν οὐκ. R. ¹⁰ παρσκευάζοντο R. ¹¹ ἀνεστραμμένον R. ¹² ἀποφαινε-
σθαι R. ὑποφαινεσθαι vulg. ¹³ ὑπὲρ R et intr. super, ὑπὸ vulg. ¹⁴ Σαπώρη R, Σαπώρη vulg., Σαποριον
intr. At infra R recte Σαπώρηγν scribit. ¹⁵ Μαρσύαν R.

nite, quodque longe victus fuerit Marsyas et valde
 juste, quippe qui, nisi valde stultum dictu sit, deo
 suo tibiis obstrepuisse; quodque hanc poenam suæ
 temeritatis victori persolverit, quod pellis universa
 ipsi detracta et ex arbore suspensa fuerit; hæc, in-
 quam, omnia poetica sunt portenta et fabulæ ac
 ludicra, quæ neque verum, neque verisimile quidquam
 in se habent. Si enim tibicinem dicunt Apollinem fa-
 ctum, et de arte certantem tantam in Marsyam a se vic-
 tum indignationem concepisse, ut adeo nefariam
 ac vesanam de eo poenam sumpserit: quo pacto
 vero ipsi oblectamento fuisse potuerit, videre hunc
 ac sublimi pendente, crudelitatis suæ argumentum?
 Hæc enim et prisca poetæ canunt, et recentiores ab
 iis accepta concinunt. Quocirca et Nonnus ille ex
 Pano, Ægyptia urbe, natus, in quodam suorum
 poematum, quod Dionysiaca appellavit, cum non-
 nulla nescio qua de re de Apolline narrasset (neque
 enim præcedentium versuum satis memini), ita
 subiicit:

*Marsyæ ut victi, divo certare volentis,
 Distentem vento suspendit ab arbore pellem.*

Quod itaque ex illo tempore turpe hoc scelus
 nunquam humano generi **258** cognitum fuerit,
 manifesta iudicia sunt et sufficientia iis, qui veta-
 tissimas res recte considerare atque observare
 consueverunt, non autem poeticis fabulis figmentis-
 que capiuntur. Sapores vero cum et vehementer
 injustus esset et sanguinarius, ac præceps quidem
 ad iram et crudelitatem, tardus autem ad miseri-
 cordiam et veniam, an in alios ab ipso hoc adeo
 atrox factum sit perpetratum, plane affirmare non
 possum; quod vero Valerianum, Romano-um tum
 temporis regem, bellum adversus se gerentem, ac
 deinde victum vivumque captum, hac ipsa poena ef-
 fecerit, multæ testantur historiæ. Et sane primi eor-
 um, qui post deletos Parthos Persicum regnum
 obtinuerunt, Artaxares, inquam, et Sapores, sceler-
 ati ambo injustissimique fuerunt; siquidem alter
 eorum, cum dominum suum interfecisset, per vim
 ac tyrannidem regnum invasit, alter vero adeo atro-
 cis supplicii nefariique sceleris auctor fuit.

24. Cæterum cum ex incidentibus aliis semper at-
 que aliis rebus oratio rursus ad Artaxarem sit de-
 voluta, opportunum fuerit, quod supra promisi,
 præstare atque absolvere, et reliquorum deinceps
 regum seriem pertextere, Atque hic quidem e qui-

Α και τῆς ἀλητικῆς ἐπιστήμης, ὅτι το ἡσθήθη ἀνὴ
 κράτος ὁ Μαρσύας, καὶ μάλα δίκαιος, ἄτε δῆθεν, εἰ
 μὴ ἄλλαν εὐθεῖα εἰπεῖν, οἰκείῳ θεῷ¹⁶ ἀνταυλήσας,
 καὶ ὡς τῆνδε τὴν τιμωρίαν τῆς προπετίας ὑπὸ τοῦ
 νενικηκότος, ἀποβαρὴν αὐτῷ ἄπαν τὸ δέρμα καὶ ἐπὶ
 δένδρῳ ἡρωτημένον· ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα ποιητῶν
 ἂν εἴη τερατεία¹⁷ καὶ μῦθοι καὶ παίγνια, οὔτε τῶν
 ἀληθῶν, οὔτε τῶν εἰκότων ἐστοχασμένα. Εἴγε¹⁸ ἀ-
 λητὴν φασὶ τὸν Ἀπόλλω γαγονεῖναι, καὶ ἀμειλίω-
 μενον ἐπὶ τῇ τέχνῃ, καὶ ἐς τοσοῦτο μετὰ τὴν νίκην
 χαλεπήσαντα, ὡς ἀνοσίαν οὕτω καὶ μανιώδη ποινὴν
 ἐπαγαγεῖν τῷ ἡττημένῳ· πῶς δὲ ἂν καὶ ἤρασαν
 αὐτὸν ἐκ τοῦ μεταῶρου φαινόμενον τῆς ἀπανθρω-
 πίας τὸ κατηγόρημα; Ταῦτα γὰρ οἱ τε πρότερον
 ποιηταὶ ἔδουσι, καὶ οἱ νεοὶ παραλαβόντες συνήθουσι.
 Β Ὡν¹⁹ δὴ καὶ Νόννος, ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας
 γεγεννημένος, ἔν τινι τῶν οικειῶν ποιημάτων, ἄπαρ
 αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐκωνόμασται, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅσῳ
 ἄλλα ἄττα τοῦ Ἀπόλλωνος περὶ ἀφηγησάμενος (οὐ
 γὰρ δὴ τῶν προηγουμένων ἐκῶν ἐπιμέμνημαι), εἶτα
 ἐπάγει·

*Ἐξότε Μαρσύαο θεμηδῶρον αὐλὸν ἐλέγξας,
 Δέρμα²⁰ κερνήρησε φρεσὶ κολλοῦμενον αἰσράς.*

Ἦς μὲν οὖν ἐξ ἐκείνου τὸ μίσημα τοῦτο²⁰ οὕτω τῷ
 ἀνθρωπείῳ γένοι διέγνωστο, σαφῆ τὰ τεκμήρια καὶ
 ἀποχρῶντα παρὰ τοῖς ὀρθῶς ἀναθεωρεῖν καὶ τεκμαι-
 ρεσθαι τὰ παλαιότατα παφύκοισιν, ἀλλὰ μὴ ποιητικῆ
 θεολογίᾳ²¹ παρακρουόμενος. Ὁ δὲ Σαπώρης ἔδικός
 τε ὢν ἐς τὰ μέγιστα καὶ²² μαιφύρος, ὄξῃς μὲν εἰς
 ὀργὴν καὶ ὀμότητα, βραδύς δὲ πρὸς φειδῶ καὶ συγ-
 γνώμην, εἰ μὲν καὶ²³ ἐφ' ἑτέροις αὐτῷ πρότερον τόδε
 τὸ ἄγος ἐξείργασται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποχυρίσα-
 σθαι· ὅτι δὲ Βαλεριανὸν τὸν Ῥωμαίων²⁴ ἐν τῷ τότε
 βασιλεῖα προσπολεμήσαντά οἱ καὶ εἶτα νενικημένον, ὁ
 δὲ, ζωγρεῖα ἐλὼν, τόνδε τὸν τρόπον ἐτιμωρήσατο,
 πολλὴ μαρτυροῦσα ἡ ἱστορία. Καὶ τάχα οἱ πρώτιστοι
 τῶν μετὰ τὴν Παρθυαίων κατάλυσιν τῆς βασιλείας
 τῆς Περσικῆς²⁵ ἐπιλαβομένων, Ἀρταξέρης²⁶, φημί,
 καὶ Σαπώρης, μιὰρῶ γὰρ ἦσθη ἀμφὺ καὶ ἀδικωτάτω,
 εἴγε ὁ μὲν τὸν οικεῖον ἐσοπότην ἀπεκτονῶς, τυραννι-
 κὴν τε καὶ βίαιαν²⁷ τὴν ἀρχὴν κατεστήσατο· ἄτερος
 δὲ τιμωρίας ἤρξεν οὕτω δεινῆς καὶ μύσους ἀνοσιω-
 νάτου.

[P. 134] κδ'. Ἐπὶ δὲ μοι ὁ λόγος, διὰ τῶν ἀεὶ
 παρεπιπτόντων φερόμενος, πάλιν ἐς Ἀρταξέρην
 ἀφίκετο, καιρὸς ἂν εἴη ἐκκληροῦν νῦν τὸ πρότερον
 ἐπηγγελμένον, καὶ τῶν ἐφεξῆς βασιλείων ἐπιμνησθῆ-
 ναι. Οὗτος μὲν οὖν ἐξ ὧν τε ἔφω καὶ ὅπως καὶ ὄντινα

VARIÆ LECTIONES.

¹⁶ θεῶν R. ¹⁷ τερατεία R. τεράστια vulg. et intrp. *miracula*. ¹⁸ εἴτε R. ¹⁹ ὦν R et intrp. *quos inter*, ὧ vulg. ²⁰ Dionys. l. 42, 43. Omissum esse ab Agathia versum qui hos excipit: Γυμνώσας δια γυῖα λιπορόλοιο νομήος, non credo. ²¹ Ἄεργ' Lugd. κερνήρησε Nonn., ἐκνήρησε R, ἀκνήρησε vulg. ²² Pro τούτω R τοῖς γε, et in mg. τότε γε. ²³ θεολογία R. quod prætuli, μυθολογία vulg. et intrp. *figmenta*. Σαπώρης R ubique, Σαδῶρης vulg. et intrp. *Sabores*. ²⁴ καὶ ante ὄξῃς vulg. ²⁵ Pro εἰ μὲν καὶ R καὶ εἰ μὲν. ²⁶ Ῥωμαίων (sic) R corr. pro Ῥωμαίων. ²⁷ τῆς Περσ. βασιλείας vulg. ²⁸ Ἀρταξέρης R. Ῥαίαν R. βλαίον vulg. κατεκτείναστο R et intrp. *sibi vindicavit*. ²⁹ καὶ ante ὄντινα add. ex conj. Class., quam confirmat intrp. *quibus sit parentibus ortus, qua de causa quore modo c. darim sumpserit, ὁποιόν τὰς τρέπον conj Jos. Scaliger.*

τρόπον τὴν κίδαριν ἀνεθήσατο, ἥδη μοι ἐς τὴ ἀκριβὲς ἁ
προσφήρηται. Ἐκεῖνο δὲ μόνον προσθεῖν ἂν ἐπ' αὐ-
τῷ, ὡς ἔστιν ὑστερον ὁκτώ τε ²¹ καὶ τριάκοντα καὶ
πεντακοσίαι Ἀλεξάνδρου ²² τοῦ πάνου τοῦ Μακεδό-
νος, τετάρτη δὲ ἔκει τῆς θατέρου Ἀλεξάνδρου τοῦ ²³
Μαμαίας ἀρχῆς, τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἐπιλα-
βομένη τῷ Ἀρταξέρῃ, καθ' ἃν πρότερον ²⁴ ἀπήγ-
γελται τρόποι, διήνυσται χρόνος ἐν αὐτῇ ἐνιαυτῶν
πεντακαίδεκα, δυσὴν μηνῶν ἐνδεόντων. Διαδέχεται δὲ
τὸ κράτος Σαπῶρης ²⁵ ἐκεῖνος ὁ ἐναγίστατος, καὶ
διεβίω πρὸς τῷ ἐνὶ τριάκοντα τοῦς πάντας ἐνιαυτοῦς,
πλεῖστα ὅσα τοῦς Ῥωμαίους λυμαίνόμενος ²⁶. Ἄτε
γὰρ τὸν βασιλέα σφῶν ἀνελών, καὶ οὐδὲν ὀτιοῦν κώ-
λυμα ἔσεσθαι διανοούμενος, ὁ δὲ ἀνὰ τὸ πρόσω ἐχώ-
ρει, καὶ θῆ τὴν τε μέσσην τῶν ποταμῶν ἐδήλωσε χώ-
ραν, καὶ εἶτα τὴν ἐφεξῆς ἐγομένην, Κιλικίαν τε ἐλη-
σατο καὶ Σύρους, καὶ μέχρι τῶν Καππαδόκων ἐλά-
σας, ἐξείσεν κλήθο, σφῶν κατείργασται ²⁷, ὡς καὶ
τὰ σθηραγῶδη καὶ κοίλα χωρία τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι
σθηραγῶν τοῖς σώμασιν ἀνακληροῦν τῶν πεπτωκό-
των ἀνθρώπων, καὶ πρὸς ἰσότητι φέρειν τῶν λό-
φων τὰ δισωῖα καὶ ἐξανέχοντα, καὶ οὕτω καθ-
ιπεύειν ἐν αὐτοῖς, καὶ διαδαίνειν ὡσπερ ἐφ' ὀμα-
λοῦ τὰ ἀκρωτείας. Τοῦτον μὲν οὖν οἰκάδε αὐθις ἀφ-
εγμένον, καὶ οὐ μετρίως χρῆσάμενον οἷς ἀσειθήσας
ἐτύγχανεν, ἀλλὰ ²⁸ πρὸς ἀλαστολείαν ἀρθέντα πολλῆν,
ἀπέπασεν οὐκ ἐς μακρὰν τοῦ φρουράγματος Ὀδέν-
θος ²⁹ ὁ Παλμυρηνός, ἀνήρ ἀφανῆς μὲν τὰ πρῶτα
καὶ ἄγνωστος ³⁰, ταῖς δὲ Σαπῶρου συμφοραῖς καὶ οἷς
ἔδρασεν ἐπ' αὐτῷ, μεγίστην ἀρῆμενος δόξαν, καὶ
πάλαι ἐσυγγραφένον ἐξισφίγητος γε-
γεννημένος. Τεθνηκότος δὲ τοῦ Σαπῶρου, Ὀρμισδά-
της ³¹ ὁ τοῦτου παῖς τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει,
καὶ διεβίω ἐν αὐτῇ χρόνον ἐς ὃ τε ἐλάχιστον ἐνιαυ-
τῶν γὰρ ἓνα καὶ δέκα ἡμέρας τῆς τύχης ἀπώνατο,
μηδὲν ὀτιοῦν δράσας ὀποιον καὶ ἐς λόγου φέρεσθαι
μνήμη, καθάπου καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Ὀσαραράνης ³²,
τριῶν ἔτεσι βασιλεύσας. Ὁ δὲ υἱὸς ὁ τοῦτου ὁμίον-
μος μὲν ἦν τῷ γεννηκότι ³³, ἐπτακαίδεκα δὲ κατὰ
τὴν βασιλείαν μεμένηκεν ἔτη. Ὁ δὲ τρίτος Ὀσαρα-
ράνης ἐς μῆνας μὲν τέσσαρας μόνους ἀπεγεύσατο
τῆς βασιλείας, Σαγάν δὲ σαά ³⁴ ἐπεκλήθη, οὐκ ἀπει-
κός, οἶμαι, οὐδὲ αὐτομάτως, ἔθους ³⁵ τινὸς παλαιοῦ
μετασχῶν καὶ πετρῶ. Οἱ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεῖς,
ἦνίκα μέγιστον ἔθνος τῶν πλησιοχώρων καθέλειον
προσπολεμήσαντες, καὶ τῆς ἐκεῖνον ἐπιλάβοιντο
χώρας, οὐκέτι μὲν ἀναίρουσι τοῦς ἡττημένους, ἐς δὲ
φόρου ἀπαγωγῆν ἔπαντας ὑποτιθέντες, ἐπίδωκ ἐν-

bus ortus **259** fuerit, qui quove modo cidarim si-
bi vindicavit, superius plene exposuimus. Illud ve-
ro solum addiderim, quod annis quingentis trigiuta
octo post magnum illum Alexandrum Macedonem,
quarto vero alterius illius Alexandri Mamææ F.
regni anno, cum Artaxares, quo dictum est modo,
Persarum regnum occupasset, quindecim in eo an-
nos peregit, duobus mensibus demptis. Huic in im-
perio successit execrabilis ille Sapore, et super-
vixit annos in universonum unum et triginta, et ingen-
tibus malis Romanos affectit. Interfecto enim ipso-
rum rege, nihil jam impedimento sibi fore ratus.
ulterius est progressus, et Mesopotamiorum regio-
nem vastavit, ac deinde eam, quæ huic erat proxima,
pervadens, Cilices et Syros est depopulatus, et
B in Cappadoces usque proventus, immanem stragem
edidit, adeo ut hiulca concavaque in septis mon-
tium loca cadaveribus cæсорum oppleret, et distan-
tias eminentiasque collium inter se coæquaret, at-
que ita super cadavera equitatum duceret, **260**
montiumque juga, tanquam planitiem aliquam, transi-
ret. Hujus itaque donum reversi, neque moderate
uentis impie partis multaque superbia elati, non
multo post arrogantiam contudit Odenathus illo
Palmyrenus, vir obscurus quidem initio et ignotus,
e cladibus tamen Saporis illatis, rebusque in eum
gestis summam consecutus gloriam, et a multis ve-
teribus historicis memorabilis est habitus. Mortuo
vero Sapore, Hormisdates, hujus filius, regnum ac-
cepit, cui exiguo admodum tempore supervixit. An-
num enim unum et dies decem fortuna usus est,
nulla re memoratu digna ab se gesta; quemadmo-
dum et eum secutus Vararanes, qui tribus annis
regnavit. Filiius autem hujus, patri cognominis,
septemdecim annis regnum obtinuit. Tertius vero
Vararanes menses duntaxat quatuor imperium de-
gustavit; Segansaa autem cognominatus est, non
abs re, puto, neque temere, sed a veteri quadam
patriaque consuetudine id consecutus. Persarum
enim reges maxima aliqua e fluitimis gente debel-
lata, eorumque ditione potiti, victos quidem nequa-
quam interficiunt, sed tributo, quod pendant, ipsi
imperato, et inhabitare et arare **261** agros bello
captos permittunt, primoribus tantum gentis duci-
bus miserime trucidatis, filiis vero suis principatus
appellationem tribuunt, memorize, ut verisimile est,
causa, et magnificæ pro partis tropæis gloriationis.
Cum itaque etiam Segestaurorum gens a Vararane

VARIE LECTIONES.

²¹ τε add. ex B. ²² Era Alexandri, qua Christiani in Assyria sub illo nomine utuntur, incipit a. u. c. 445. 15. post regis Macedonis obitum annis; ejus annus 538 est quartus imperii Alexandri Severi. Agathian, nomine deceptus, eam ab Alexandro Macedone, sive mortuo sive regnum Asiae adepti, supplicari sibi persuasit. ²³ τοῦ M. R., τῆς M. vulg. ²⁴ πρότερον add. ex R. ἀπήγγ. τρ. R., τρόπον ἀπ. vulg. ²⁵ Σαπῶρης edd., Σαθῶρης Lugd. ²⁶ λυμαίνόμενος R., λυμνόμενος vulg. ²⁷ κατείργαστο Lugd. mg. ²⁸ ἀλλὰ add. ex R et intr. sed. ²⁹ ὁ δὲ Νάθο; R. ³⁰ ἄγνωτος; edd. Σαπῶρου vulg. ³¹ τῶν R (Cl.), τοῖς vulg. ³² Ὀρμισδάτης S., Ὀρμισδάτης vulg., Μισδάτης Lugd. mg., intrp. *Ormisdas*. ³³ Ὀσαραράνης Par. et intrp. hic et infra. ³⁴ γεννηκότι R., γεγεννηκότι Sph. Par. ³⁵ Σαγάν ἐξ σαά correxi ex vestigiis depravate scripturæ in R. Σαγανδισά, pro vulg. Σαγανσαά δὲ, *Segansaa* intrp. ἀπεικός R., ἀπεικός vulg. ³⁶ ἔθους R et intrp. *moris*, ἔθους vulg.

hujus patre subacta esset, merito utique ipsius filius Segansaa vocatus fuit, quod Græcorum lingua significat Segestanorum rex.

Ἐπειδὴ οὖν καὶ τὸ τῶν Σεγεστανῶν ⁴⁷ ἔθνος Οὐαραρῆνη τῷ τοῦδε πατρὶ ἐδεδοῦλωτο, εἰκότως ἄρα ὁ παῖς Σεγανσαά ⁴⁸ ἐπωνόμαστο· δύναται γὰρ τοῦτο ⁴⁹ εἶ Ἑλλήνων φωνῇ Σεγεστανῶν βασιλεῦς.

25. Hoc vero ocius extincto, Narses statim regnum annis septem, mensibus quinque tenuit; cui successit Hormisdates filius, hæres paterni non tantum regni, verum etiam æqualis in spatio temporis. Mirari enim merito quispiam possit, quod utriusque et annorum et mensium, quibus regnarunt, numerus exactissime sit appensus. Post hos Sabor plurimo longissimoque tempore regno potitus est, quippe qui tot annis regnavit, quot et vixit. Matre enim adhuc ipsum utero gestante, regii generis successio vocabatur ad regnum quod ipsa esset paritura. Dubitabatur vero masculum an femellam partu esset editura. Primores itaque regni præmia ac dona proposuerunt magis, ut de futuris prædicerent. Equam itaque gravidam in medium adducunt jam partui proximam, jusseruntque, **262** ut magi de hac prius vaticinarentur, quod futurum censebant. Ita enim paucis post diebus cognituros se credebant, quo illorum divinatio evaderet, atque hinc collecturos, similem eventum habitura etiam quæ de homine prædicerentur. Quid autem de equa habitura etiam quæ de homine prædicerentur. Quid autem de equa divinarint, nihil liquido possim affirmare, neque enim mihi certi quidquam ea de re est renuntiatum; cæterum ita singula evenerunt, ut illi prædixerant. Cum itaque ex ea re cæteri scirent, magos vaticinandi artem optime callere, provocarunt rogaruntque eos, ut etiam de muliere, quæ futura nosset explicarent. Qui cum responderent masculam prolem parituram, nihil ultra morati sunt, sed cidari utero imposita, embryum regem pronuntiarunt, nomineque insignierunt fetum recenter efformatum atque ita animatum, arbitror, ut intus paululum moveretur et subpalpitaret. Ita vero, quod natura obscurum incertumque erat, pro certo indubitatoque opinione expectationeque apprehendentes, non frustrati sunt tamen sua spe, sed et amplius, quam opinati erant, sunt consecuti. Nascitur enim non multo post Sabores cum regno, inque eo et adolescit et senescit, perducta ad annos usque septuaginta vita. Quarto autem et vicesimo regni sui anno, Nisibis urbs in Persarum potestatem **263** venit, Romanis quidem olim subdita, Joviano vero ipsorum rege eam tradente ac prodente. Cum enim Julianus, qui antea Romanorum rex erat, in interioribus Persici imperii locis repente periisset

Α οικεῖν τς [P. 135] καὶ ἀροῦν τὴν δορυάλωτον· πλὴν ἀλλὰ τοὺς προτέρους τοῦ γένους ἡγεμόνας οἰκτροτάτα καταλύοντες, οἱ δὲ τοῖς σφετέρους παῖσι τὴν τῆς ἀρχῆς προσηγορίαν ἀπονέμουσι, μνήμης, ὡς ἴσκειν, ἔκατι καὶ κόμπου τῆς ἐπὶ τῷ τροπαίῳ μεγαλαυχίας. Ἐπειδὴ οὖν καὶ τὸ τῶν Σεγεστανῶν ⁴⁷ ἔθνος Οὐαραρῆνη τῷ τοῦδε πατρὶ ἐδεδοῦλωτο, εἰκότως ἄρα ὁ παῖς Σεγανσαά ⁴⁸ ἐπωνόμαστο· δύναται γὰρ τοῦτο ⁴⁹ εἶ Ἑλλήνων φωνῇ Σεγεστανῶν βασιλεῦς.

κε'. Τοῦτου δὲ θάττον διαφθαρέντος, Ναρσῆς εὐθὺς τὴν βασιλείαν ἐνἑαυτοῖς μὲν ἑπτὰ, μῆσι δὲ πάντε μετῆλθε. Διαδέχεται δὲ τὴν ἀρχὴν Ὁρμισδάτης ⁵⁰ ὁ παῖς, καὶ κληρονομεῖ τοῦ πατρὸς οὐ μόνον τοῦ κράτους, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ χρόνου ἰσορροπίας, καὶ γὰρ θαυμάσειεν ἂν τις, ὅτι δὴ ἑκατέρω ἑτεσὶ τε καὶ μῆσι τοῖς αὐτοῖς τὰ τῆς ἀρχῆς; ἐπιμελέστατα ἐμετρήθη. Ἄλλὰ Σαβῶρ ⁵¹ μετὰ τοὺτους ἐπὶ πλείστον ὅσον καὶ μάλιστα χρόνον ἀπόνωτο τῆς βασιλείας, τοσοῦτοις ἑτεσι κρατήσας, ὁπόσοις καὶ διεβίω. Ἐτι γὰρ αὐτὸν κυούσης τῆς μητρὸς, ἡ μὲν τοῦ βασιλείου γένους διαδοχὴ ἐκάλει πρὸς τὴν ἀρχὴν τὸ τεχνητόμενον. Ἦν δὲ τὰ τῶν ὠδίνων ἀμφίβολα ἐς ὅποιαν γονὴν ἂν ἀποβαίεν. Τοιγάρτοι ἄπαντες οἱ ἐν τέλει ἄθλα προὔτιθεσαν καὶ γέρα τοῖς μάγοις ἐπὶ τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομένων· καὶ τοῖνον ἦγον ἐς μέτον κύουσαν ἵππον, καὶ ὡς πλησιαίτατα προελθοῦσαν τοῦ τόκου, ἐκέλευόν τε αὐτοὺς ἐπ' αὐτῇ πρώτῃ μαντεύεσθαι, ἄπερ ζήοντο ξυνανεχθῆναι. Οὕτω γὰρ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις γνώσεσθαι ἤγουντο τὴν πρόβῆσιν ἐς ὃ τι χωρήσει, ταύτῃ τε εἰκάζειν παραπλησίως ἐκθήσεσθαι καὶ ὁπόσα σφίσι ἐπὶ τῇ ἀνθρώπῳ προαγορευθεῖη. Ἄ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ ἵππῳ μεμάντευται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποφηνάσθαι· οὐ γὰρ μοι τὸ ἀκριβὲς τοῦτου γε περὶ ἀπήγγελοι· πλὴν ἄλλ' οὕτω ἕκαστα προβῆθι, ὅπως ἐκεῖνοις ἐτύγχανεν εἰρημένα. Γινόντες δὲ ἐνθὲν οἱ ἄλλοι, ὡς ἄγαν τοῖς μάγοις διηκριβῶτο ⁵² τὰ τῆς τέχνης, προὔτρεπον ⁵³ καὶ ἐπὶ τῷ γυναικίῳ, ἅττα ἔσεσθαι γνοῖεν, διεξιέναι. Τῶν δὲ φησάντων ἄβρενα παῖδα τεχθήσεσθαι, οὐκ εἶτι ἐμέλλησαν, ἀλλὰ τῇ γαστρὶ περιθέντες τὴν κίδαριν, ἀνεῖπον βασιλεῖα τὸ ἐμβρυον· ὀνόματι τε ἀπέκριναν τὸ ἄρτι ἐκτυπωθὲν καὶ διωργανωμένον, ἐς ὅσον, οἶμαι, δέχεται ἐνδον ἡρέμα καὶ ὑποπάλλεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ ἀφανὲς τῇ φύσει καὶ ἀδελον ἐς τὸ βέβαιον τε καὶ ἀνωμολογημένον τῇ δοκίμῃ μεταλαβόντες, ὅμως οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔτυχον τοῦ σκοποῦ, πολλῶν πλέον τῶν δοκηθέντων. Τίττεται γὰρ οὐκ ἐς μακρὰν ὁ Σαβῶρης ⁵⁴ σὺν τῇ βασιλείᾳ, ἐνεάξει τε αὐτῇ καὶ ἐγγηράσκει, εἰς ἑβδομήκοντα αὐτῷ ἔτη ⁵⁵ διανυσθέντος τοῦ βίου. Κατὰ δὲ τὸν τέταρτον τε καὶ εἰκοστὸν τῆς τοῦδε ἀρχῆς ἐναυτὸν Νισίθις ἡ πόλις ὑπὸ Πέρσας γέγνηται, Ῥωμαίων μὲν πάλαι οὔσα κατῆκος, Ἰουλιανῶν δὲ τοῦ σφῶν βασιλείως περιδόντος καὶ προσιμένου. Ἐν αὐτοῖς γὰρ δῆπου τοῖς ἐνδοτέρω χωρίοις [P. 135] τῆς Περσικῆς ἐπικρατείας Ἰουλιανῶν τοῦ

VARIE LECTIONES.

⁴⁷ Σεγεστανῶν R, Σεγετανῶν vulg., Seganorum intpr. ⁴⁸ Σεγανσααχάλ (sic) R. ⁴⁹ τοῦτο om. R. ⁵⁰ Hormisdates intpr. ⁵¹ Σαβῶρ: ita uterque cod. et intpr. Sic infra Ariaxerxes semel Artazir (Ardeschir) vocatur. Apparet Agathiam variandis nominum formis delectari: positus modo his, quæ apud Persas in usu essent, modo illis, quas Græcorum consuetudo inflexisset. ⁵² διηκριβῶτο R, διηκριβῶται vulg. ⁵³ προὔτρεπον H, et intpr. πρᾶμισηναι. ⁵⁴ Σαβῶρης R h. l. et infra, Σαβῶρης vulg. et intpr. Sabores. ⁵⁵ ἔτη om. R.

προτέρου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἀθρόον διαφθαρέν-
τος, αὐτὸς ἀναγορεύεται ὑπὸ τε τῶν στρατηγῶν καὶ
τῶν στρατευμάτων καὶ τοῦ ἄλλου ὀμίλου. Ἄτε δὲ
τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἄρτι καθισταμένης, καὶ τῶν πρᾶ-
γματῶν, ὡς περ εἰκός, ταραττομένων, καὶ ταῦτα ἐν
μέσῃ τῇ πολεμίζῃ, οὐχ οἶός τε ἦν τὰ παρόντα ἐν τῷ
δίοντι σχολαίτερον διαθεῖναι. Τσιγάρτοι ἀπαλλαξείων
τῆς ἐν ὕβναιά καὶ δυσμενεῖ χώρᾳ διαίτης, καὶ μόνῃς
τυχεῖν τῆς ἐς τὰ οικεῖα ἐπανόδου θάττον ἴεμενος,
ξυνηθῆκας τίθεται ἀγενεῖς καὶ ἀσχήμονας, καὶ ὁποίας
μέχρι καὶ νῦν τῇ Ῥωμαίων λυμαίνεσθαι πολιτείᾳ,
περιστέλλων ἐς τὰ ὀπίσω καινοῖς ὀροῖσι, καὶ ὑπο-
τεμνόμενος τῆς οικείας ἀρχῆς τὸ περαιτέρω ἐκβαί-
νον. Τὰ μὲν οὖν κατ' ἐκείνου τοῦ καιροῦ ξυνενεχθέντα
πολλοῖς ἤδη τῶν προτέρων συγγραφέων ἱστόρηται·
ἐμοὶ δὲ οὐ περὶ ταῦτα ἐνδιατρίβειν σχολή, ἀλλὰ τοῦ Β
προτέρου λόγου ἐκτείνω.

κς'. Μετὰ γὰρ Σαβώρην Ἀρταξερῆ ἀδελφὸς ὢν αὐ-
τῷ, καὶ μετασχὼν τῆς βασιλείας, τετάρτων ἐτῶν
χρόνον κατ' αὐτὴν ἀπεβίω. Ὁ δὲ υἱὸς ὁ τοῦτου, Σα-
βῶρ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεκέκλητο, ἐν ἔτεσι πέντε τὸ οἰ-
κείων ἡρίθμησε κράτος· ἐν διπλάσιον δὲ τούτων καὶ
πρὸς γε ἐνὶ ἑτέρω ἐναντιῷ Οὐαραρᾶνης ὁ παῖς, ἧς
δὴ καὶ Κερμασαά * ὠνομάζετο. Τῶν δὲ τοιούτων
ἐπικλήσεων ἡ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται. Καὶ γὰρ Κερμα
ἔθνους ** τυχὸν ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἑπωνυμία. Ταύτης
δὲ τῷ πατρὶ τοῦ Οὐαραρᾶνου ** δεδουλωμένης, εἰκό-
τως ὁ παῖς τὴν ἑπωνυμίαν ἐκτίησαστο, καθάπου πρότε-
ρον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ μὲν Ἀφρικανὸς τυχὸν, ὁ
δὲ Γερμανικὸς, ὁ δὲ ἐξ ἄλλου τοῦ γένους νενικημένου
ἐπεκλήθη. Ἐπὶ τούτοις Ἰσδιγέρδης ὁ Σαβῶρου τὴν
Περσικὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, ὁ πολὺς παρὰ
Ῥωμαίοις καὶ περιλάλητος. Φασὶ γὰρ Ἀρκάδιον τὸν
βασιλεῖα πρὸς τῷ θανάτῳ γεγεννημένον, καὶ τὰ μετ'
αὐτὸν ** ὥσπερ τοῖς ἀνθρώποις νενομίσται, διατάτ-
τοντα, τούτῳ δὴ φύλακι χρῆσασθαι, καὶ κηδεμόνι
ἐπὶ τε τῷ παιδί Θεοδοσίῳ καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαϊκῇ
καταστάσει. Ἄδειται γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἐπιπλεῖστον
ἐν ἡμῖν ἐκ παλαιοῦ τῇ μνήμῃ παραδοθεὶς τοῖς ἐφ-
εῖς, καὶ μέχρι νῦν παρὰ τε τοῖς λογίμοις ** καὶ τῷ
δημῷ περιαγόμενος· γραφῆ δὲ τινι καὶ λόγοις ἱστο-
ρικοῖς οὐκ οἶδα εὐρῶν τούτου φερόμενον, οὐδὲ παρ'
οἷς τυχὸν τὰ τῆς Ἀρκαδίου τελευτῆς ἀπεμνημόνευ-
ται **, ὅτι μὴ μόνον ἐν τοῖς Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι
συγγεγραμμένοις. Καὶ οὐδὲν, οἶμαι, θαυμαστὸν, D
ἐκείνων μὲν ὡς πλεῖστα μεμαθηκότα, καὶ πᾶσαν, ὡς
εἰπεῖν, ἱστορίαν ἀναλεξάμενον, καὶ τῆνδε παραλαβεῖν
τὴν ἀφήγησιν ἐτέρω πρότερον ἐκπεποιημένην, ἐμὲ
δὲ αὐτὴν μηδαμῶς ἔτι ἐλεῖν ** ἐλάχιστα εἰδῶτα, εἶγε
ἄρα δὴ καὶ ἐλάχιστα. Ἄλλ' ἐκεῖνο καὶ μάλα θαύμα-
τος ἄξιον εἶναι ἡγοῦμαι, ὅτι διεξιών τὰ περὶ τού-
των **, οὐχ ἀπλῶς οὕτω τὰ ἐγνωσμένα διέξεισιν,

A ipse a praefectis et exercitu reliquaue turba rex
declaturatur, qui utpote regno ipsi recenter delato
et rebus, uti verisimile est, perturbatis, et quidem
in media hostili regione, praesentem rerum statum
non satis componere poterat. Quocirca pertasus vi-
tae in extera hostilique regione, reditusque in sua
quam citissime compos fieri cupiens, ignominiosas
turpesque cum hoste pactiones inibit, quasque in
hunc etiam diem Romana respublica magno suo
malo persentiscit. Novis enim terminis imperium
coarctavit, multumque de veteri amplitudine deci-
dit. Jam vero quae per id tempus acciderunt, multi
ex veteribus historicis memoriae prodiderunt; mi-
hi vero otium non est iis repetendis immorandi.
cui quae coeperam sunt persequenda.

26. Post Saborem itaque Artaxer Ipsiis frater
potitus imperio, cum annos quatuor regnasset, mo-
ritur. Filius autem hujus, Sabor vero etiam is vo-
cabatur, quinque annis imperium obtinuit; duplo
vero temporis spatio et uno insuper anno Vararanes
hujus filius, 264 qui et Cermasaa dictus fuit. Hu-
jusmodi vero appellationum causam supra retuli.
Cerma enim gentis for-an alicujus aut regionis est
nomen, qua a patre Vararane subacta, filius verisi-
militer eam appellationem est consecutus; quemad-
modum etiam olim apud Romanos hic quidem Afri-
canus, ille Germanicus, alius vero ex alia gente devi-
cta est dictus. Post hos Isdigerdes Saboris F. Persi-
cum imperium accepit, cujus frequens et celebris est
apud Romanos memoria. Aiunt enim Arcadium regem
jam moribundum, et humano more de rebus post obitum
suis disponentem, hunc custodem et curatorem
filii sui Theodosii instituisse totiusque Romani
imperii status. Hic enim sermo ab antiquo veluti
per manus posteritati traditus, plurimum etiam
hodie apud nos invaluit, et apud doctos pariter et
vulgus hominum circumfertur; scripto vero aliquo
aut historicorum libris id proditum non reperio,
ne in iis quidem, qui de Arcadii morte scripserunt,
uno tantum Procopio rhetore excepto. Neque sane
meo judicio mirum est, ad multiscii hujus viri, qui-
que universam, ut uno verbo dicam, historiam de-
cerpsit, notitiam hanc etiam narrationem ab alio
olim conscriptam pervenisse; ad 265 meam vero
nequaquam, qui nonnisi exiguam, usinam modo exi-
guam harum rerum scientiam habeam! Sed illud, et
quidem vehementer, admiratione dignum censeo,
quod cum narrationem de Arcadio instituit, non sim-
pliciter ita quae ab eo statuta fuerunt narrat, sed lau-
dat ipsum magnificisque verbis effert, tanquam opti-

VARIÆ LECTIONES.

** δὴ R. ** τῷ add. ex R. ** μόνῃς R, μόλις vulg. ** ἀγενεῖς et ** τῇ τῶν P. Par. ** Artaxerxes
intrp. ** Iterum omnes Sabor exhibent. δὲ post Σαβῶρ om. R. ** τούτων R, τούτου vulg. ** Cermasaa
intrp. Verum est Κερμασαά: cf. Mirkhondium apud Sacyum, *Mém. sur les antiquités de Perse*, p. 320.
** Debebat esse Κερμαάν. ἔθνους R. ** τοῦ Ἀραρᾶνου Lugd. et ed. pr., Οὐραρ. Par. ** ἐπ' αὐτὸν R, intrp.
quam — sua disponderet. ** λογίμοις (sic) R. ** ἀπομνημονεύεται R. ** Pro ἐλεῖν conf. Cl. εὐρεῖν.
** τούτων R et Lugd., τούτου codd.

no consilio usum. Ait enim ipsum aliis in rebus non A
 admodum solere esse industrium, hac vero sola in
 re et sapientem et prudentissimum declaratum. Mihi
 vero videtur is, qui hoc admiratur, non ex primo
 consilii impetu, sed ex eventu de ejus rectitudine
 judicare. Quo pacto enim prudenter recteque fa-
 ctum dici possit, homini extero et barbaro, et regi
 gentis infestissimæ, neque satis noto, an fidem ac
 justitiam coleret, quique præterea erroneæ esset de
 Deo diversæque opinionis, quæ habet at charissima
 tradere? Si vero nihil omnino in infantem sibi
 creditum deliquit, sed hujus imperium sartum te-
 ctum a curatore firmissime est conservatum, et
 quidem, cum adhuc ille lacteret: illius potius
 probitas est laudanda, quam Arcadii factum. Hisce
 igitur de causis, prout quisque mente ac iudicio
 pollet, ita iudicet. Isdigerdes vero cum unum et
 viginti annos regnasset, nullum unquam adversus
 Romanos bellum suscepit, neque ulla eos affecit
 molestia, sed mansit perpetuo benevolus 266 et pa-
 cificus, sive ita casu acciderit, sive revera etiam
 respectu pueri, et communium curationis pupilla-
 ris legis.

27. Illo vero mortuo, Vararanes filius cum præ-
 cesset imperio, expeditionem quidem in Romanos
 fecit, sed cum illum præfecti, qui in finibus erant,
 amice placideque suscepissent, ipse statim recessit,
 et ad sua se recipit, neque bello finitimis, neque
 præterea danno ullo agris eorum illato. Cumque
 annos viginti regnasset, Isdigardi alteri suo filio
 regnum tradit; qui cum eo annis septemdecim et
 mensibus circiter quatuor esset potitus: Perozes
 post illum rex declaratur, vir temerarie audax et
 bellorum cupidus, et magnificentiam semper præ-
 se ferebat, solidis autem tutisque consiliis non ad-
 modum utebatur; sed plus in eo erat audaciæ quam
 consilii. Perit itaque in expeditione adversus
 Nephthalitas non tam, arbitror, robore hostium quam
 sua temeritate. Cum enim oporteret ipsum tuto per
 hostilem regionem procedere, occultas insidias præ-
 videntem et præcaventem, horum cura neglecta
 confestim in insidias incidit; inque scrobes 267
 et fossas, quæ ad longissimum in campo tractum ad
 fallendum erant confectæ, atque ibi cum exercitu
 interiit quarto et vicesimo regni sui anno, vitamque
 finivit inglorius, utpote ab Hunnis debellatus. Hun-
 nica enim gens Nephthalitæ. Balas autem hujus fra-
 ter ad regnum evectus, nihil memoratu dignum
 bellorum aut præliorum causa gessit; non solum
 quia placidis esset moribus et mitis, et ad irru-

άλλ' ἐπαινεῖ τὸν Ἀρκάδιον καὶ [P. 155] ἀποσεμνύει,
 ὡς ἀρίστη χρησάμενον εὐβουλία. Φησὶ γὰρ αὐτὸν οὐ
 λίαν ἀγγίχουσι εἶναι τὰ ἄλλα πεφυκῶτα, ἐν τούτῳ δὲ
 μόνῳ φρενήρη τε καὶ προμηθέστατον ἀποδειχθῆναι.
 Ἔμοι δὲ δοκεῖ ὁ τοῦτο ἀγάμενος οὐ τῇ πρώτῃ ἐρμῇ
 τοῦ βουλευματος τὸ εὐλογον κρίνειν, ἀλλὰ τῷ ἕτε-
 ρον ἀποδοθεῆναι. Ἐπαι πῶς ἂν εἶχεν καλῶς ἀνδρὶ
 ὀθνεῖν καὶ βαρβάρῳ, καὶ γένους ἄρχοντι πολεμικῶ-
 του, καὶ ὅπως αὐτῷ μετῆν πίστεώς τε καὶ δικαιοσύ-
 νης ἡγνοσημένῳ, καὶ πρὸς γε τὰ ἐς θεὸν πεπλανημέ-
 νῳ καὶ ἡ ἄλλογνώμονι, τὰ φιλιτὰ παραδοῦναι; Εἰ
 δὲ μὴδὲν ὅτιοῦν ἐπὶ τῷ βρέφει ἡμάρτηται, μεμένη-
 κεν ἡ τοῦτου βασιλεία βεβαιώτατα πρὸς τοῦ κηδεμό-
 νος φυλαττομένη, καὶ ταῦτα ἐτι ὑπὸ μαζῶν τιθηνου-
 μένου, ἐκείνου ἂν μᾶλλον ἐπαινετέον τῆς εὐγνωμο-
 σύνης, ἢ Ἀρκάδιον τοῦ ἐγγειρήματος. Τούτων μὲν
 οὖν ἔνεκεν, ὥσπερ ἕκαστος γνώμης τε καὶ ἀκριβείας
 ἔχει, ὧδε κρινέτω. Ὁ δὲ Ἰουδιγέρδης εἴκοσι πρὸς τῷ
 ἐνὶ βασιλεύσας ἔνιαυτούς, οὐδένα πώποτε κατὰ
 Ῥωμαίων ἤρατο πόλεμον, οὐδὲ ἄλλο τι κατ' αὐτῶν
 ἀχαρὶ εἰδρασεν· ἀλλὰ μεμένηκεν ἐσαεὶ ἑνῶν τε ὧν
 καὶ εἰρηναῖος, εἴτε οὕτω συμβάν, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς
 φειδοῖ τοῦ παιδός, καὶ τῶν κοινῶν τῆς κηδεμονίας ἡ
 νομιμῶν.

κζ'. Ἐκείνου δὲ τεθνηκότος, Οὐαραράνης ὁ υἱὸς
 προστάς τῆς ἀρχῆς, εἰσβολὴν μὲν κατὰ Ῥωμαίων
 πεποίηται· φιλιῶς δὲ αὐτὸν καὶ ὀφειμένους τῶν ἐν
 τοῖς ὄριοις ἰδρυμένων στρατηγῶν προσέδεξιμέ-
 νων, ὁ δὲ θάττον ἀπηλλάγη, καὶ εἰς τὴν ὑπῆκουσιν
 ἐπανήκεν, οὔτε προπολεμήσας ἡ τοῖς πύλας, οὔτε
 ἄλλως τὴν χώραν σινάμενος. Εἴκοσι δὲ κρατήσας
 ἔνιαυτούς, παραδίδωσι τὴν βασιλείαν Ἰουδιγέρδῃ
 θατέρῳ τῷ οἰκίῳ παιδί, ᾧ δὲ χρόνος ἐν τῇ βασι-
 λείᾳ διητύσθη ἑτῶν ἑπτακαίδεκα, καὶ μηνῶν δέκα
 τεττάρων. Περὶ τῆς δὲ μετ' ἐκείνου ἀναδιδίχεται
 βασιλεύς, ἀνὴρ τολμητίας μὲν ἄγαν καὶ φιλοπέλε-
 μος, καὶ πρὸς τὸ μεγαλοῦργόν τῆς γνώμης ἀεὶ τε-
 τραμμένος· λογισμῶ δὲ στερεῶ καὶ βεβηκότι οὐ
 μάλα ἐχρήτο· ἀλλὰ πλέον ἦν αὐτῷ τοῦ βουλευομέ-
 νου ἡ τὸ θρασυῖον. Ἀπόλλως δὲ οὖν, κατὰ τῶν Νε-
 φθαλιτῶν ἐπιστρατεύσας, οὐ τοσοῦτον, οἶμαι, τῇ βί-
 μη τῶν δυσμενῶν ὅπόσον τῇ οἰκοθεν ἀκοσμία· ἔσον
 γὰρ αὐτὸν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ κατὰ τὴν πολεμίαν πο-
 ρεύεσθαι, τὰς ἀδύλους ἐπιβουλάς προδιασκοπῶνται
 καὶ φυλαττόμενον, ὁ δὲ λήθησεν ἑαυτὸν ἐνέδρασαι
 ἀθρόον ἡ περιπεσοῦν καὶ βύβροις καὶ θύρωξιν, ἐπὶ
 μάλιστα τοῦ πεδίου πρὸς τὸ ἀπατηλὸν μεμηχανη-
 μέναις, αὐτοῦ τε σὺν τῇ στρατιᾷ διεφθάρη τετάρτῳ
 καὶ εἰκοστῷ τῆς βασιλείας ἔνιαυτῷ, καὶ καταλύσε
 τὸν βίον ἀκλεῶς, ἅτε δὲ ὑπὸ τῶν Οὐννων κατεστρα-
 τηγημένως· Οὐννικὸν γὰρ γένος οἱ Νεφθαλιταί. Βά-

VARIÆ LECTIONES.

⁷¹ πρὸς γε τὰ ἐς θεὸν πεπλανημένῳ καὶ om. R, intpr. non legebat verba τὰ ἐς θεὸν. ⁷² ἀεὶ R. ⁷³ Pro κηδεμονίας R. παιδοποιίας (scil. adoptionis), intpr. communibusve liberis procreandis et iugibus. ⁷⁴ ὄριοις R. ὄροις vulg. ⁷⁵ προπολεμήσας R et Lugd., sed hic in mg. Is. προπολεμησας. ⁷⁶ βουλευομένου R, Lugd. mg. et intpr., βουλομένου vulg. ⁷⁷ ἀθρόως R.

λας ⁷⁸ δὲ ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναβάς, A πtionem violentas faciendas hostilitatesque exercendas
οὐδέν τι φαίνεται ἀξιαφήγητον δράσας πολέμων
ἐνεκα καὶ παρατάξων, οὐ μόνον τῷ πρῶτος εἶναι
τοὺς τρόπους καὶ ἥπιος, καὶ πρὸς ὄρμας ἀλόγους
καὶ θυσιμενίας οὐ μάλα διανιστάμενος, ἀλλ' ὅτι καὶ
βραχὺν ἐπέβη χρόνον· τέτταρα γὰρ αὐτῷ μόνον
ἔτη κατὰ τὴν βασιλείαν διέδραμον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ
Καθάδης ⁷⁹ ὁ Περόζου, τῶν Περσικῶν πραγμάτων
πρατήσας, πολλοὺς μὲν κατὰ Ῥωμαίων πολέμους
διήνεγκε, πολλὰ δὲ κατὰ Βαρβάρων τῶν προσοικούν-
των ἑσθίονε τρέπαια, καὶ χρόνον οὐδένα παρήκε τα-
ραχαῖς τε καὶ κινδύνους ἐγκαλινδούμενος. Ἦν δὲ
ἄρα καὶ πρὸς τὸ ὑπήκουον ἀπηνῆς τε καὶ δυστιθάσ-
σουτος, καὶ οἷος ἀνακινεῖν τὰ καθεστῶτα, ἔς τε τὴν
καλιετικὴν διαίταν καινουργεῖν, καὶ παρατρέπειν
